



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Tertio die Sabbati Quadragesimæ: Homilia Decimaoctava. De filio prodigo. Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis Patri suo: Pater, da mihi portionem &c. Luc. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

Occidat male fortunatus, fructus adfuturus,  
Prudentes finus & sagaces, vt ex generatione  
illa pessima & peruerla fumentes diuinæ feve-  
ritatis exemplum, generatio finus altera, grata,

eiecta, ac fecunda, vt fructus gratiæ bonorum  
que operum referentes, gloriæ mellis colligat  
mus æuiterne. Amen.

## S V M M A R I V M

### HOMILIÆ DECIMÆ OCTAVÆ SEQVENTIS



**C**RISTVS præterdit in hac parabola, suâ magnam declarate misericor-  
diam, nostræ fidei probans articulum, quod peccata dimittat, in gra-  
tiam recipiat peccatores etiam iniquissimos, si ad finem recurrant mi-  
sericordiæ penitentes. *a.* Primum impudentem exponit malitiam,  
paruumque iudicium peccatoris, qui paternos vltro deserit lares, vt  
sua potiatur libertate. *b.* & in regionem abeat longinquam. *c.* vbi luxuriosè viu-  
do suas impudicus dilapidauit facultates: proprius hic est libidinis effectus. *d.* illis au-  
tem minime satur, fame torquetur grauiori, *e.* qua pressus diabolo se tradidit in por-  
carium. *f.* hoc etenim sibi seruientibus imponit oneris, fame seruos enecando. *g.* Se-  
eundum, Dei proponit misericordiam, qui misero condolens peccatori, benignitatis  
in eum conuertit oculos, quibus in se reuersus, suos aperit illuminatus, vt eos ad pa-  
tris reflectat aedes, panisque recordetur abundantia, qua famuli in illa perfruuntur.  
*h.* Et quod reuertenti lætus occurrat peccatori, brachia benignus extendat osculum  
pacis pacificus offerat. *i.* tantoque recipiat gaudio, tantaque misericordia, amorisque  
tractet indicijs, vt maior natu filius obloquatur. *k.*

§. 1. Labilem creauit Deus hominem, vt habe-  
ret cui peccata misericors dimitteret, de quo  
maxime gloriatur.

§. 2. Tanta est Dei misericordia, vt de illa San-  
cti, velut Isaias & Ionas, conquesti fuisse  
videantur.

§. 3. Nullum est peccatum inremissibile, quod  
non infinitis à D. misericordia superetur,  
quod ad nostrum solatium multoties ratum  
facit.

§. 4. Præ ceteris maiori studio, Christus, verbis,  
parabols, iureiurando, ac operibus hunc fidei  
docuit articulum: Remissionem pecca-  
torum.

§. 5. Homo quidam. se Patrem nominat  
Deus, vt amoris sui ferat testimonium, ac  
Christianus peccatoribus sporadica esse do-  
ceat indulgentiam.

§. 6. Adolescentior. Optima ratione vocatur

peccator adolescentior, licet centenarius, vt  
Cain & Absalon.

§. 7. Abiit. Non eijcit domo sua Deus pecca-  
torem, ipse tam impudens est, vt spon-  
te discedat, contra quem Deus protesta-  
tur.

§. 8. Diuisit substantiam. Non auferi illi  
Deus libertatem, qui vult abire, eumque de-  
serere, licet sit ille deplorandus.

§. 9. In regionem longinquam. Peccatum  
regio est tam procul distans à Deo, vt dicat  
eo vsque nec manus suas, nec oculos posse per-  
tingere.

§. 10. Quo tendat, non attendit peccator: Exe-  
chiclis portento, iumentis Isaiæ, vaseque Za-  
charia præsignatus.

§. 11. Dissipauit substantiam. Decoxit sub-  
stantiam suam, effectus luxuria per quem il-  
lam Iob describit.

§. 12.

- §. 12. Dissipavit substantiam suam. Est enim meretricis domus, Gigantum domus, ubi molliantur adamantes etiam purissimi, velut David, Salomon, ac Israelita.
- §. 13. Decoquit luxuria substantiam, ut patet in Samsono: varius euentus multisque annis praedictus.
- §. 14. Nihil sic hominem infirmit, ad senium deducit, visum bebetat, & adolescentem enervat, ut luxuria.
- §. 15. Paeda est fames valida. Fames accenditur, & appetitus sensuali in iu, qui illum sequuntur, minuitur autem in resistentibus.
- §. 16. Adhaesit vni cinium. Dilapidans homo virtutes, se totum consecrat diabolo prout Dominus Iob affirmat.
- §. 17. Specialiter ob vitium libidinis, quosdam possidet diabolus, ut patet in quibusdam casibus.
- §. 18. Adhaesit. Adeo firmiter adhaeret diabolo luxuriosus, ut nec flagris eum domo sua eli-

- minet; quo diabolus intumescit.
- §. 19. Misit in villam. Regna, qua promittebat diabolus in suavia evanescent, & cannam famem quibus, qui illi seruit, muldatur.
- §. 20. In se reuersus. A se peccator, ut Nabuchodonosor, egreditur, reuertitur autem ut leana Danielis ad hoc fame coactus.
- §. 21. Quanti mercenarij. Prior vidit illum Pater, qui aliter non esset reuersurus.
- §. 22. Abundant. Sicam perpendit miseriam, & patris domus abundantiam, unde ad illam reuerti proponit, sui accusator.
- §. 23. Vidit a longe, accurrit. Patris actiones eximie turgent mysteriis: occurrete, brachijs amplecti, pacis osculo recipere filium.
- §. 24. Hic diuina patet misericordia magnitudo, ut de ea quasi de industria Elias conqueratur.

# H O M I L I A XVIII.

## DE FILIO PRODIGO.

Tertio die Veneris Quadragesimae.

*Homo quidam habuit duos filios, & adolescentior ex eis dixit Patri suo, Pater da mihi portionem. &c. Luc. 15.*



**T**ERTIO nobis praelegitur Evangelica quam vitæ Christi Domini conscripserit D. Lucas exarauit, parabola scilicet filij prodigi, ne venis dixerim Patris adeo benigni, ut illi proprio nomen conueniat ab Apostolo probuntiatum: Pater misericordiarum. Adhuc duo pereuntur D. Bernardus. Primum: cur Pater vocetur misericordiarum potius, quam suppliciorum penarumque pater: cum dicente Spiritu S. *Misericordia & ira ab illo esto proximant. Secundum cur in plurali: Pater misericordiarum. An*

non satis erat Deum dixisse Patrem misericordiarum? Diuino plane consilio (respondet) caelesti. Cur Deus nixus philosophia. Primum. Pater vocatur misericordiarum: haec namque sunt quasi Dei filiae patris naturales, de propria eius genitura natura, suis in laticorvisceribus conceptae, qua de causa illa dicitur Zaccaria: *Viscera misericordiae.* Viscera in quibus Ratio generantur, & de quibus, velut ex propria materia misericordiae scaturigine. Supplicia vero, *Luc. 1. 76.* de proprio Dei pectore, cordeque inuicem producantur: *Non est voluntatis mors impij dei. Ezech. 18. 24.* *Ulla te cognoscunt ut patrem, & primum eorum principium, ob peccata quibus*  
 V. u. j. Deum

*Psa. 29. 6.* Deum offendis: *Ena in indignatione eius.* Nascitur Dei ira. & incenditur indignatio, cuius te dicimus auctorem principium, & causam, te inquam peccantem: quia tui peccatoris indignatio, non nisi de perceptis oritur iniuriis. Subtiliter hoc indicat senior Tobias, dum Deo gratias agit pro beneficiis acceptis Angeli ministerio S. Raphaelis qui tenebras tergens coxcatatis, integro restituit illum lumini. *Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras, & ipse salvabit nos propter misericordiam suam.* Quo nos meritis cecidit flagello, ex nostris ortum agnosceamus iniquitatis: at illuminatio nostra salus nostra ex misericordie intus visceribus manasse comprobatur.

*Ratio secunda.* Secundò: Pater dicitur misericordiarum in plurali, quia non vna eaque sola eius est misericordia, sed plures, sed infinita quibus nos afficit superfluentem: *Misericordia tua multa Domine.* Magnam nobis largitur misericordiam, dum nos filios suos regenerat per gratiam, qua suorum omnium bonorum & glorie heredes legitimi conscribimur: *Secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vitam, &c.* Quia verò adeo sumus nebulones, ut tantam despiciamus gratiam, eamque dilapidemus, mille nos peccatis inquinando, maiores illa nobis concedit misericordias, dum nos patienter expectat, longanimitas suffert, expansis recipit brachis revertentes: peccata nobis indulgens liberaliter, nos admittens a lactuet, nostra reparans damna, nostras solvens rupuras, nostram vestiens nuditatem, nostram dirans inopiam, nos ineffabilibus donis exornans gratia, diem celebrans in caelesti sua curia festivissimum, quo remissionem nobis concedit peccatorum, pater verè misericordiarum.

*Psa. 118. 156.* Magnam nobis largitur misericordiam, dum nos filios suos regenerat per gratiam, qua suorum omnium bonorum & glorie heredes legitimi conscribimur: *Secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vitam, &c.* Quia verò adeo sumus nebulones, ut tantam despiciamus gratiam, eamque dilapidemus, mille nos peccatis inquinando, maiores illa nobis concedit misericordias, dum nos patienter expectat, longanimitas suffert, expansis recipit brachis revertentes: peccata nobis indulgens liberaliter, nos admittens a lactuet, nostra reparans damna, nostras solvens rupuras, nostram vestiens nuditatem, nostram dirans inopiam, nos ineffabilibus donis exornans gratia, diem celebrans in caelesti sua curia festivissimum, quo remissionem nobis concedit peccatorum, pater verè misericordiarum.

*1. Pet. 1. 3.* mi conscribimur: *Secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vitam, &c.* Quia verò adeo sumus nebulones, ut tantam despiciamus gratiam, eamque dilapidemus, mille nos peccatis inquinando, maiores illa nobis concedit misericordias, dum nos patienter expectat, longanimitas suffert, expansis recipit brachis revertentes: peccata nobis indulgens liberaliter, nos admittens a lactuet, nostra reparans damna, nostras solvens rupuras, nostram vestiens nuditatem, nostram dirans inopiam, nos ineffabilibus donis exornans gratia, diem celebrans in caelesti sua curia festivissimum, quo remissionem nobis concedit peccatorum, pater verè misericordiarum.

**II.** Has omnes ostendit Dominus misericordias hac parabola sub persona patris multarum misericordiarum in niti filij refractarij circumdati multis miseris, qua prae latissime divinis quibusdam coloribus, melius quam olei depingit, primò: peccatoris impudentiam, qua perfidae frontis audaculus, Deo praesumit obucere, sibi eius nec domo nec societate esse satisfactum, quippe quod ibi omnia sint iustitia, proinde discedere ex illa cogitet: eò quò sibi melius futurum esse non dubitet. Secundò: Sortem eius infelicem, qualiter è domo Dei discedenti, quidquid occurrit infortunum est perditio, desolatio, iustusper & rabida, caninaque fames, ad tantam ipso reducto rerum inopiam, ut ad quid infelix manum porrigat, non inveniat. Tertio: Quò ad malam deveniat miseriam, ut diabolus sibi eli-

gat Dominum, ac seipsum illi tradat vile ma- cipium. Quarto: Quam abiectionem, quam invidiositate Dominus servum excipiat, eum principale, quo venientem honorat, officium sit, porcat um age; idque crudelitate adeo severa, ut eum miser Domino toto seruiat pectore nec illi ministrat cibum, sed ne tantum illi concedat et pusillum siliquarum comedat coniviva porcorum. Quintò: Grandem illi à Deo praestitam misericordiam, qua illi oculos aperit, quibus statum suum agnoscat, ad quem tandem devenerat miserandum, quo longe felicior erat status servorum, qui in domo paterna ad vilissima conducebantur obsequia.

Sextò: Stabi em firmamque resolutionem qua domum reuerti proponit patrique deprecari clementiam. Vltimò: Immo. san patris benignitatem, qua à longe venientem conspiciat, anhelus obuius accurrit, dilatisque brachijs accedens seno pater grauis irruit in amplexus, mille in figit oscula, blande reuerso grauiat: Gratissimus mihi ac optatissimus tuus mihi es, fili mi, aduersus, desiderium me veterum eorum, dimidium animae meae, alter ego. Ut autem filium vidit nudum, lacrum, discoloratum, ilico mandat vestes de sericinis, erui pretiosissimas, his filium indurum adornari, manum propria ad aedes introducit, vitulum praecipit mactari saginatum, apparatum instrui conuiuium, canticos musica conuuius recreare, quoscumque habet familiares, ad epulas inuitat, ut omnes illi congratulentur, quia: *Filius hic meus mortuus erat, & reuertit, perierat, & inuenit est.*

Papae, quae haec Dei misericordia? *Benedixit Pater misericordiarum.* Ad nostram consolationem expendamus, in huius magni patris familiaribus nullam apparere iracundiam nec ullam eiusdem fieri mentionem. nihilominus omnium patet oculis quot amoris indicia, quot lactu signis pater prodigum recipiat filium, & mater sit quae pro noxio intercedat. Quid tum pater ageret, si aduisset & mater, plena misericordia se patris prostrasset gemitunda pedibus, gratiasque filio deprecatura supplicasset? Hanc nobis gratiam seruauit, qui nudum vel pater esse misericordiarum, insuper & matrem, concedit suam ut licet quae sit: *Mater gratia, mater misericordia,* illamque nobis impetrabit, si gratia plenam deuote salutemus: *Aue gratia plena.*

5. 1. Lxx

§. 1. Labilem creauit Deus hominem, vt haberet, cui peccata misericors dimitteret, de quo maxime glorietur.

¶ **P**roponit D. Hieronymus ex industria respondere, sibi obiectæ quæstioni. Cur Deus hominem non condiderit impeccabilem? Aut hoc potuit, aut non potuit? Si non derogatur omnipotentia? Si potuit, cur omnipotentia de- fuit voluntas? Inuatum est omnibus architectis perficere quantum possunt, opera sua, vt sint ea voluntati suæ cõformia. Hoc ab homine requirit Deus, vt sit sine peccato, iustus & pius: Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. Nihil magis exhorrescit, at nec aliud, præter peccatum: Si me vult à peccato liberum, & moleste fert me in illud labi, cur me non condidit, gratia sua ac amicitia, ne possum peccare, confirmatum? Quem mihi parentem inuenies, qui si filium peccat ab omni defectu immunem creare, talem non perficeret modis omnibus absolutum? Si stomachatur Deus, quia pecco, quia illum offendendo, cur hoc non præuenit, me tam iustum creando & ab omni adeo distitum offensa, vt illum nunquam possem committere etiam volens: Extruere si cogitas tuæ domum habitationi, ad laboras vt firma consistat, non de facili corruat, si sapiens fueris (ait Christus) illam supra soliedum eriges fundamentum supra petram, fortioribus autolis parietibus, fulcris iustitias crassioribus, nec est qui commoueat: Quod si super leuem posueris arenam fundamentum, supra vacuas erexeris arundines, quæ quolibet vento huc, & illuc, inclinentur: videris ipse voluisse, quod ad quemlibet ventu turbulenciam concideret. Nec tibi tum ratio suppeteret conquirendi, cur tam cito corruerit, nec hix steterit & immobilis, sed culpa tuæ in putandum, qui si pra tam labile illam statisti fundamentum. His querelis (inquit D. Hieron.) alij procedunt murmuratores: Si me Deus vult constantem, vt quid me supra tam languidum & infirmum creauit fundamentum, quo in omnem partem, quolibet feror vento? Non me redarguat, quod eadem, sibi casum imputet, qui me caducum nimis formauit architectus.

Ne parua quæstionem indices esse difficultatis, quam ipse Iob operam indicauit, vt notat D. Greg. Mentis oculos Iob propheta conuicit in Adam protoplasten quem Deus gratis dõmiquæ assam diuitem creauerat, in paradiso

collocauit, liberate donauit, vt faceret quod sibi placeret, & hæc fuit eius sinistra fortuna: quod ad malũ deflexerit, peccatumque commiserit Dei legibus inobediens quo reddi seipsũ sed & nos omnes in æternum perdidit parens filios. Egregio hoc explicat simbolo aquilæ videntes Iob generis humani exprimens protoparente: Dies mei pertransierunt, & c. Sicut aquila volans ad eum. Erat hic celsitudinis lux fastigio gloriosus, alis intellectus expansis, sublimis fide viua illuminatus, voluntate diuinæ charitatis igne incensâ feruentissimus, oculos ad arboris deiecit fructũ prohiberi, sibi tamen à diabolo presentatũ, deceptũ, comedit, & in abyssũ decidit infelix miseriarũ. Prudentissime Deus, cur præcius tam peruersi, noxijsque libertatis vltus, illã homini concessisti? Cur is (querit D. Greg.) qui summe potens & summe bonus est, nequaquam hominẽ voluit talem facere, qui perire non posset? Si summe bonus, bonitatis exigit ratio, tali hominẽ præferre a damno, ne pereat, præmunire. Facere hoc potuisse ex eius omnipotentia nemo dubitat. Cur igitur non fecit? Hæc proposita quæstione, Adam in se reuersus Iob sic ait: Illicitum mihi video facti à factore meo repetere rationem: magna, sine dubio audacia argumentum, cum illo velle disputare: verum si siluero, velut vermen hæc agnosco difficultatem, qui mihi viscera corrodit, nec poenam valeo simulare: Cum diuero nequaquam ita loquar, commuto faciem meam, & dolore torqueor. Quis hanc enodet difficultatem, quis dolorem explicet?

Huic quæstioni respondet D. Hier. Primõ supponens eam esse valde temerariam, dignamque supplicio: Vnde nos (inquit) per prophetam Isaiam Deus præmonet: Va qui contradicis sibi sibi suo &c. Va qui dicis patri quid generas? & mulieri quid parturis? Metaphora sumitur adeo familiaris D. Apostolo de vasis fictilibus, quorum nullum tanta præualet audacia, vt de figulo loqueretur, quod se de materia tam fragili caducaque formauerit: Hoc ad eos pertinet, qui dicunt, quare D. Hier. talis conditus sum, qui non possum in perpetuum Li. 2. couertere peccato: Quare tale vis factum vt non quasi Petra. 2. adamantinum permanerem, sed ad omnem tactum fctile atque fragile? Respondet secundo diuino Ratio hoc factum esse consilio, vt id quod intendebat, prima, vt assequeretur. Hic autem inter alios firmis erat iuram o- Deo præstitus cum hominem conderet, in gloriã suam, suas manifestare perfectiones, quam misericordiam præ cæteris vult inuiscere, est summa cordiam sua bonitas, misericordia, clementia: hæc namque cæteras longius antecellit.

Proin-



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

Proinde quæ maxime patefacere cunctorum-  
 que voluit oculis nota esse mortalibus opera,  
 illa esse nouimus, quibus sua constat benigna  
 misericordia: *Miserationes eius super omnia opera  
 eius:* cuius propheta regius, cui concinit D. Ia-  
 Iac. 2. 13. *cobus: Superexaltat autem misericordiam iudi-  
 cium.* Si nulla fuissent peccata, quomodo Dei  
 pateceret misericordia? Si semper homo perfe-  
 ctus, in omnibus Deo sedulus seruiret & in nul-  
 lo prouocaret, quid mirum, quod illum Deus  
 beneficiis cumularet, donis exaltaret, delicul-  
 que cœlestibus recrearet, qui nec vno apice ab  
 eius declinaret voluntate? Hæc autem in pecca-  
 toribus magna demonstratur, in sibi rebelles o-  
 stenditur longanimis, qualiter eos sustineat, ex-  
 spectet, nutriat illuminet, vocet roget recipiat,  
 absoluat. Optime spiritus S. *Quam magna mi-  
 sericordia Domini & propitiatio illius conuertenti-  
 bus ad se.* q. d. *Misericordia Domini plena est terra.*  
 IV. Nihil in ea inuenietis, in quo diuina non res-  
 plendeat clementia. Verumtamen ubi tam mag-  
 na, vt non possit sine admiratione declarari?  
 Magna Dei mi- *Quam magna:* In peccatoribus, qui cum suis il-  
 lorum irruunt sceleribus, eius domo discesse-  
 runt, vias suas effrenes abierint, iniuriis affe-  
 cerint, ad eum denuo reuertuntur, in illis illa de-  
 claratur apertius.  
 Quando populus Israeliticus vitulum ado-  
 rauerat ex auro confectum sacrilego, nefario-  
 que piaculo, tanto pere se Deus ostendit exacer-  
 batum, vt gestus quosdam ederet Moyfi collo-  
 cutus omnes quasi deleturus. *Dimitte me vt ira-  
 scatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Atta-  
 men ad preces Moyfi illis ignouit. Deum vt hanc  
 Ex. 32. 13. *Moyses vidit eius clementiam, supplicat. Osen-  
 de mihi faciem tuam.* Hoc sicut respondet Deus  
 patitur difficultatem, attamen hanc tibi faciam  
 gratiam quæ nulla singularior: *Ostendâ tibi omne  
 bonum.* Ad hoc igitur secede ad laus, coram te  
 transibo, tuos illuminabo oculos, vt quæ tanto-  
 pere desideras possis inueniri. Dicto citius, ad lo-  
 cum secedit Moyses sibi à Deo destinatum, per-  
 transit Deus, illuminatur Moyses, distinctius  
 quidquid habet Deus, vidit: *Omne bonum, quo vi-  
 so alius exclamat: Misericors, clemens, piens,  
 multa miserationis, &c. qui aufert iniquitatem,  
 & scelera, atque peccata.* Quid hoc Domine?  
 Moyfi promittis omnis boni visionem, & tuam  
 tantummodo videt misericordiam, clementiam,  
 patientiam, opera misericordie, qua peccato-  
 rum propitiaris iniquitatibus? An non expedi-  
 ret, tuam videret iustitiam, qua tam seuerè pec-  
 catores punis pertinaces? Tuâ ipse cerneret po-

nitiam, quâ tibi alterum feligas populum, qui  
 multo feruatis illi feruentis? Immentiam tuam  
 contempleretur sapientiam, quâ soie clarus  
 conspicis quouique populi tendat ingrati-  
 do? Nequaquam. Hoc enim plus ceteris ex-  
 petit Deus hominibus sit manifestum, sua scilicet  
 misericordia, bonitas & clementia, in qua quan-  
 tum licet conijcere, vult bonum omne com-  
 prehendi, & hæc quidem claris apparet, in quo-  
 rumlibet remissione peccatorum, turpitudine  
 grauissima licet sint, & numero infinita, quæ  
 verbis his cuncta continentur: *Aufers iniquita-  
 tem & scelera atque peccata.*

Hanc Christus voluit præfenti parabola de-  
 clarare misericordiam (vt notat D. Ambrosius) à pa-  
 tre illo filio contumaci, impudenti, refrac-  
 tario exhibitam, qui paternis ædibus egredietis, hæc  
 substantiam suam luxuriosè viuendo dissipata-  
 nitelien abiecto seruire Domino & inuiti, ego de  
 qui illum ad pascendos porcos eiecit, nec sibi clauis  
 quas ad salutem permisit, reuertenti tamen  
 pietatis portas seuerus non occlusit, indignans  
 non repulit, faciem amarus non auertit, quin-  
 imo beneuolus occurrit, amicus expansis excep-  
 pit brachijs, & misericors vno *Pater peccati:* cun-  
 cta dimittit, lacrum vestium, nudipedem cal-  
 ceauit, languidum recreauit & omni genere  
 muscorum uberi instrui conuulsum permagis-  
 ficum tanto suscepit gaudio, vt indignatus ma-  
 ior natu filius noluerit introire, cum indecens  
 esse iudicaret, tantâ prodigum excipi clementia,  
 paternis laribus intromitti refugam, prodigum-  
 que non plectere. Nomentanum. Reuertens de  
 agro filius primogenitus, accedensque foros,  
 audiuit symphoniam & chorum omnes festina  
 gaudio iubilantes: *Fanulum* vocat quærit, quid  
 hæc sint: quis lætus grandævum patrem suc-  
 cessus exhilararit? Cui ille: *Frater tuus venit,*  
 ille inquam, quem mortuum credebamus &  
 lugebamus: il unquam pater tuus totâ cordis ex-  
 cepit lætitiâ, hæc tanta recreationis. Sto-  
 mochaur, terga vertit, nec ades ingreditur, dis-  
 scedit, in patrem grauitur queribundus. Illico  
 pater egredus filium insequitur, rogat illum, si-  
 lenti, vt qui pacem designaris domum? Cui  
 ille. Hec mihi, quis non moleste patitur, quis  
 non multè indignetur tanto excessui: quod in  
 domum receperis, & quidem tot amoris indi-  
 cibus mastigiam illum, qui bona omnia tua abie-  
 git, ne retentio quidem sibi retento, nomen  
 in toto orbe nequitijis suis denigravit? Hoc  
 nihil aliud esse cuncti iudicabunt, quam his  
 omnibus filij nequitijis ac dissolutionibus pater-  
 num

Eccli. 17.  
 28.  
 Psa. 31. 1.  
 IV.  
 Magna  
 Dei mi-  
 sericot-  
 dia.  
 V.  
 Omne  
 bonum  
 Dei est  
 clemen-  
 tia.

num superaddere suffragium. Hic dissimulatus est parabola: necdus, hoc primum omnium mysterium. Disputatur inter Doctores, quis ille sit filius primogenitus quem significet, & probabile est optimo, viros ullos ligni are, cui solis illis hæc optime patris verba conveniunt: *Filius in semper mecum est, & omnia mea in se sunt.*

§. 2. *Tanta est Dei misericordia, ut de illa Sanchi, velut Isaias & Ionas, conquesti videntur.*

¶ 4. *¶ 2. ¶ 3. ¶ 4. ¶ 5. ¶ 6. ¶ 7. ¶ 8. ¶ 9. ¶ 10. ¶ 11. ¶ 12. ¶ 13. ¶ 14. ¶ 15. ¶ 16. ¶ 17. ¶ 18. ¶ 19. ¶ 20. ¶ 21. ¶ 22. ¶ 23. ¶ 24. ¶ 25. ¶ 26. ¶ 27. ¶ 28. ¶ 29. ¶ 30. ¶ 31. ¶ 32. ¶ 33. ¶ 34. ¶ 35. ¶ 36. ¶ 37. ¶ 38. ¶ 39. ¶ 40. ¶ 41. ¶ 42. ¶ 43. ¶ 44. ¶ 45. ¶ 46. ¶ 47. ¶ 48. ¶ 49. ¶ 50. ¶ 51. ¶ 52. ¶ 53. ¶ 54. ¶ 55. ¶ 56. ¶ 57. ¶ 58. ¶ 59. ¶ 60. ¶ 61. ¶ 62. ¶ 63. ¶ 64. ¶ 65. ¶ 66. ¶ 67. ¶ 68. ¶ 69. ¶ 70. ¶ 71. ¶ 72. ¶ 73. ¶ 74. ¶ 75. ¶ 76. ¶ 77. ¶ 78. ¶ 79. ¶ 80. ¶ 81. ¶ 82. ¶ 83. ¶ 84. ¶ 85. ¶ 86. ¶ 87. ¶ 88. ¶ 89. ¶ 90. ¶ 91. ¶ 92. ¶ 93. ¶ 94. ¶ 95. ¶ 96. ¶ 97. ¶ 98. ¶ 99. ¶ 100.*

¶ 4. **Q**uid igitur num de Deo sancti conquestur, num obsequium habentes hic parafim, quã subalter Do. inus misericordie suae in peccatores expleret. ma. nundinem, quae tanta est ut illi. vni alioquin sanctissimi. De que clarissimi oblati uti fuisse eneamur. Unde patet hæc Dei misericordie magnitudo (inquit D. al.) in eo quod adeo si immensa, ut ipsi homines istam tantam esse sibi nequeant perscrutari. proinde nullis hæc incerti sententia, non esse possibile, rã immensam esse Dei clemenciam, cum misericordiam, de quibus post pauca dicendum. Fortis artem adducitur arguenti dum videmus ipsos viros sanctissimos ex eius consideratione rari in admira rationem quam maximam: quia censent illum adeo impetissent em, ut de Deo conqueri, eiusque misericordie obmurmurare videantur, non eo murmurare quod illis ad peccatum impete u, sed ex zelosa ac zelosa quam admira ratione: ita ut illa moti Domino suas exponant sæpe querimonias, ita Isaias ut heri prelibauimus, hic enim attendens quanta Deus benignitate peccatoribus indulgeret, ex qua sibi viam ad peiora aperiebant illi cencinne in hunc modum obicit: *In dulsi genis Domine, indulisti genis numquid glorificasti in eis? Ignouisti nullo sic negotio peccatoribus quis inde profectus? Numquid glorificatus es? Numquid reddi meliores? Eodem quoque loco, nescio loquitur modo: *Miseramur impio, & non desiet iustitiam id est, numquam ad meliora studia conuerteretur.**

Sæpe repetita est illa de Deo Iona querimonia & indignatio non ex qua, nec non id quod Deo ipsi in faciem barbaramque obiecit. Mittitur prædicator ad sceleratissimam istam, omni que dignam exitio civitatem Niniven, dat ei in mactatis, ut suo Nivite nomine prædicet interitum, mortisque annuntiet præco sententia, quã Deus Ninivitas ob enormia, & non toleranda flagitia

*Hieron. Ep. ad Lazarum Tom. II.*

denouerat infra quadraginta dies perituros, & tunc dicit evertendos. Quis obediens vates Niniven proficiscitur, prædicat, ut Dei minister sententiam mortisque prælegat ferale decretum, infra ou draginta dies Niniven fore delotudam. Finita coruone, ciuitate ciscet, alio tempore scandit collem, ut inde diuisi spectare funestum exitum; num hante terra velut Core Dabban, & Abiron absorbetetur num fulgure de caelo sulphure, & pice, velut Sodoma percussa arenaretur, & momento citius interiret.

Hæc eo cogitante, & expectante ventura, cognoscit, quod illi, ad peccatum am reuerfis, ventiamo, e scelem suorum pesti sanulus misericors Deus plenaria concessisset delictorum omnium inueneriam: *Conuersi sunt de via sua Iona 3, 10. mal, & miserus est Dominus. Aduertit hæc Ionas, & alio rancabundus indignatur & factus animo vehementer cum Deo exposul: *Es afflicus est Iona afflictione magna, & vultus est, & in hæc verba Non achabundus prorumpit Deo: quare obicitur. Credam e posse fieri Domine, ut vnus la hinc a vel gemitus intutu, tot rancabundus peccatores iudicemus, peccataque nõ puquere la misericors dimittas: quare qui ubi feriat, qui tuum munus explicat mandatum, cum quæ vestro diximus nomine futura operibus implete dimiseris. Ne mrens, si tibi obsequium præstare recusatim. Quando primum ante nullus mortis decretum inueneris fugi in Tharsis iam enim præueneram, quistatorum totiuuinarum que futurus esset exitus, nimirum, quod audito vel vnico: *Peccasti miserere, confestim genti peccatrici clemens indulgeres. Hoc mihi sedet animo nolo vivere, moriar non illa vilurus. In fumos tot terribiliaenta euanescent hit animati tibi in faciem peccant fortiores, & offendunt auctiores, tuos sublaunant ministros illos ut nendaces exhibil ut, & ut talis a cunctis explodari mendax oppidanis illi: inquit, qui me decouantem audierunt ex ore Dei: *Adhuc quadraginta dies & Natus subuicietur. Propier hoc præoccupauit ut sup rem in Tharsis. Scio enim, quia tu Deus clemens, & misericors, &c. quare, Domine, tolle quaso anima mea à me: quia melior est mihi mors, quam vita. Fuit autem his Iona contra Deum tanta commotio, ut illum uenerit Dns solaturus, & propositis iustissimis rationibus animum eius mentem que sedaturus: in quæ suam hoc edidit stratagemata de areficta hedera, sub cuius umbra, requiescens, ab ardentissimi solis radis protegitus nõ assuabat, ob quam dum ille tristis doleret,****

II.

Iona querela de Dei misericordia.

Iona.

XV

letet, aniam sumit vt obicitis Ionx rationibus, querelisque respondeat. Adesto, mi vates, quid frangit animum? iusta me torquet ratio, tædet animam meam vix me, vix mihi parco: Bene irascor ego vsque ad mortem: quia necdum peccatoribus benignus indulsisti, qui tantis in te de- bacchabantur maledictis; sententia non executor, quam ore meo de reneras p. omulgandam, insuper & hederam, vmbra culum ab æstu, delicias meas seuerus nimis arefecisti. Sat datū querimonis, cum nulla tibi suppetat ratio, in mei quæso gratiam, tibi tempera. Tu tanta commoueris bile ob vnius plantæ desiccationē; quam nec creasti cum non esset, nec plantati, nec irrigasti cum esset, & ego non condoleam tot animarum perditioni, operi manuum mearum, imo corōis mei, quarum vel minima, toto præponderat: vniuerso nobilior?

Hanc Dei demit. re bonitatem, oprime huic congruam de qua Christus in Euangelio, quod filius natu maior oblocutus fuerit, & de patris questus bonitate, cur tanto pepererit clemens nebuloni, filio inquam prodigo ob vnum Pater peccati, tot criminum reatum dimiserit, quod illi recedenti, paternamque domum intrare tentanti, pater supplicat, & velut alterionx condignis satisfecerit rationibus. O præmagnam Dei bonitatem, cur tanta est, vt vix sanctissimi quodammodo misia esse videatur! Nec obstupescamus, est enim misericordia. est bonitas infinita: proinde humano ingenio non comprehensibilis, vti que nimis angusto ac limitato. Sed nec Angelorum capiunt intellectu, finito quoque, & limitato: qui & hominum potest nequitia superat.

III. Expendit Cardinalis Cætan. verba quædam Dei Moyfi ad Dominū, quæ studij laborisque habent plurimum. In comperto esse nouimus idem lola tria peccati: cum enim eum Dns filius illi in abibus suis eluxisset de Ægypto stupescitibus victisque tinctis aduersariis, per mare transisset intum, illi Domino aperiente viam lilis, rosis, nardo, violis aliisque floribus depicta vt mensis Aprilis campus esse germinans vice- retur; deinde omnibus transiit, vt ne simbria ma. lesacerent vestimenti, Pharaone eiusque com- piti aemerit: ita vt qui rebellis eo vsque Domi- num agnoscere noluisset, tunc eum cognosceret & conuictus diceret: Dominus est. Tandem in libertatem assertis omnibus, vt ne vnus de tanta multitudi- ne vite distingeret, & de pro- cedentibus viris ad bellum excep- tis, vliheribus & parulis; ad sexcenta milia numeraretur.

Deum perfidi eurant, quem Pharaon mortallim obduratissimus vt Dominum agnouerat, sibi que in Deum exigunt vitulum, non verum, qualem Ægyptij colebant, sed auro iustitiam, qui seipso nequeat pedibus consistere, fausta de tanta glo- ria conclamant festa celebrantes: Hi sunt Di- i Ægypti, qui educentur te de terra Ægypti. Viuat vitulus, viuat Deus in æternum; hoc probiole cr- mine ad tantam Deum iram prouocatur, vt qua- si à Moysse constrictus exclamet: Domitte me vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos.

Notat hic D. Basil. quod licet ostendat se Deum velle gentem hanc penitus delere id idolatram, non tamen hoc voluit, sed signum dedit se velle illis ignoscere, verbisque illis Moysen excitare, vt pro illis sequester intercederet, vt alias diximus: nec hoc à vero dissonum: rogante namque pro populo Moysse, noxam remisit, atque Moys- si. Extrema merebantur plecti supplicio, verum tuis placatus orationibus indulsi. Prosequatur iter suum, in terram tendant, quam iurauit Abraham, Isaac, & Jacob, regionem pinguem, fecundam fluentem lac & mel. Proficiantur fauris auibus: Vade & ascende de loco isto in, & populus tuus quem eduisti de terra Ægypti in terram quam iuravi etc. Et mitam prætorum tui Angelum, vt eiciam Chananeum etc. Non enim ascedam tecum: quia populus durus conuictus es, ne forte desperam te in via. Nostro loquitur modo Dominus; tu namque proximo graniter infensus, noli, quod ad singula momenta tibi commotionis suggerat occasionem; Nolo (inquis) cum illo habere negotium: tam quippe peruerus cum habeo conditionis, vt me tandem in futurum compulsurus homicidium: a meo discedat, abeat, huc consortio, nolte vix comitem &c.

Meritis & familiaritate cum Deo proficit Moyses, quem vt vidit benignum, placabilem, & quo populo magis infensum, eo sibi magis intumens, beneuolum, & quasi amicum eum amice facie ad faciem colloquentem, hac fretus fiducia Deo libellum hunc effert supplicem: Ostende mihi faciem tuam. Cui Dominus: Faciem meam videre non poteris, posteriora mea videbis. Petram ascendit, coram te transibo & videbis me, promisso facta conueniunt. A se eundem Moysen petram, venit Deus, exteriores obuiat oculos atque in facies eo lumine illustrantur, vt testibus D. Augusti. & D. Thom. Diuinam fuerit contemplatus essentiam, & qua inter cætera Dei attributa præeminet bonitas & clementia, conuictus Moyses vocem attollit, inlamarque: Domine, miserere clementer & parum.



1. *mens, & multa miserationis, ac verax qui custodis*  
 2. *miseri cordiam in millia, & in austeris iniquitatem,*  
 3. *& scelera, atque peccata. Hæc Dei conspecta u i-*  
 4. *scricordia, Festinus Moyses curuatus est pronus in*  
 5. *terram, & adorans ait: Domine desere, ut gra-*  
 6. *dianis nobiscum (populus enim dura cervicis est)*  
 7. *ut auferas iniquitates nostras atque peccata. Huic*  
 8. *petitioni Cardui. Caietan. inheret, & causam in-*  
 9. *quiri maled. iugenius. Quæ est petitio tua o*  
 10. *Moyles? Præmonet te Deus se nolle viæ*  
 11. *comitem esse nec ductorem populo, & ratione af-*  
 12. *figuar: Quia populus dura cervicis est. Domus*  
 13. *exasperans est: tu ipse idem assumis argumen-*  
 14. *tu, quo Deo persuadeas, ipse vobiscum gradia-*  
 15. *nti: Quia populus dura cervicis est. Dicit Domu-*  
 16. *nus: Non ascendam tecum: quia populus dura ceru-*  
 17. *cis est, tu verò: Ascende nobiscum: populus enim du-*  
 18. *ra cervicis est. Circa hoc eleganter disputat*  
 19. *Caietan, & indubitanter credo Moysem hoc vo-*  
 20. *luisse declarare, de quo nobis modo sermo est:*  
 21. *q. d. Benignissime Deus: rationem adducis cur*  
 22. *nobiscum gradi recules, ob populi cervicis ob-*  
 23. *stipam, peccataque non toleras, proinde dele-*  
 24. *gaturus Angelum, viæ præcurforem. Ob candè*  
 25. *rationem censeo ego (saluâ vestrà pace) nullaten-*  
 26. *us expedire gradia: ut nobiscum Angelus, sed*  
 27. *tu ipse præcedas exercitum: quia confitendo*  
 28. *populi cervicem arte duriorum, tandem vi-*  
 29. *deo quod omni sit superatura boni atem crea-*  
 30. *tam, etiam Angeli licet enim sit supremus opti-*  
 31. *musque spiritus tot tamen enormia, graviaque*  
 32. *nesciet peccata tolerare: quia cum eius sit quasi*  
 33. *infinita malitia, nulla eam poterit perferre nisi*  
 34. *bonitas tua, clementia tua, utpote infinita. Hoc*  
 35. *illis iudicavit verbis: Vi auferas iniquitates no-*  
 36. *stras, atque peccata. Nō sunt iniquitates aut leues*  
 37. *aut communes, sed omni adeo excedentes mo-*  
 38. *dum, ut nulla sint creato pectori vires, illas suf-*  
 39. *ferendo, hoc tua sola poterit infinita misericor-*  
 40. *dia, quæ velut sol vnctus, est omnis origo lucis,*  
 41. *qui tanto clarescit lumine, ut ipse solus dissipare*  
 42. *queat, & annihilare etiam obscurissimas tene-*  
 43. *bras, & hic clarissime Moyses illuxit oculis,*  
 44. *quando diuine essentia eiusque attributerum*  
 45. *cum Deo dignatus est visione supernaturali.*  
 46. *Eleganter ait Apostolus: Deus qui diues est in*  
 47. *Ep. 2. 4. misericordia. Quo significat, quantum hæc exce-*  
 48. *Ep. 3. 12. dat quiddid intelligere possumus aut desiderare:*  
 49. *VI. Superabundanter quâ petimus, aut intelligimus.*  
 50. *Deus di-*  
 51. *us est*  
 52. *in mis-*  
 53. *ericordia.*

1. *transibilia sunt iudicia eius. Illud: Altitudo, id est Ro. 11. 33*  
 2. *profunditas: ut alibi dixi: Christus: Pateris alius Ion. 4. 12.*  
 3. *est: Omnes eius ditata mare sunt adeo profun-*  
 4. *dū, ut nullus sit, qui sui dū penetrer, intellectus,*  
 5. *nec humanus nec Angelicus. Si diuina eius*  
 6. *omnes tales sint, quæ, les, exa, o, erum il æ, quæ*  
 7. *singulari ratione maiores Dei diuinitate esse per-*  
 8. *hibentur? & ta es quidē ut de illis pleno ore di-*  
 9. *catur: Deus qui diues est in misericordia: Hinc In-*  
 10. *cē capit, quod prima fronte in sacris literis cō-*  
 11. *traditionem involuere videbatur. Quæ ad os a ra-*  
 12. *pagina diuinam exponit iustitiā, eam nobis del-*  
 13. *cribit adeo magna ut in stupore rapiat veremē-*  
 14. *mentissimū viros pietate clarissimos: Quis nouit*  
 15. *Ps 89. 12. potestatem ira tua, & præ timore tuo iram suam di-*  
 16. *numerare. Attonitus interrogat Daud: vide læ-*  
 17. *pius Deum timore periculis deprecatur: Domi-*  
 18. *Psal. 6. 6. ne ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua cor-*  
 19. *ripias me. Quam attonitus Hier Corripa me Do-*  
 20. *mine, &c. sed non in furore, ne forte ad nihilum*  
 21. *redegas me: Hinc in angulum se contrahit tre-*  
 22. *mebendus: Sedebam solus: quia comminatione re-*  
 23. *plesti me. Tam graua de diuina dicuntur iustitia,*  
 24. *ut nullus sit sanctus qui his non terreatur*  
 25. *Quando sermo incidit de Dei misericordia, VII.*  
 26. *tā magna illa nobis offertur ut nullū esse dix-*  
 27. *Dei mi-*  
 28. *sericor-*  
 29. *dia infi-*  
 30. *nia.*  
 31. *non credat viuere securum omnique damnatio-*  
 32. *nis liberum periculo, quandoquidem vno: Pec-*  
 33. *caui tam enormia, tam proximo scandalosa re-*  
 34. *miseri Davidi peccata: vno Deus propitius esto*  
 35. *miki peccatori, homicidam, adulterum, se nera-*  
 36. *torē (ualis namque notabatur qui in templo ora-*  
 37. *bat Publicanus ut eum iussumulat Pharisæus)*  
 38. *Deus in domū remiserit iustificatum. Vno Enter*  
 39. *peccatus, Filio refractario bonorum helluoni pa-*  
 40. *ter ignoscat misericors. Fidem quoque si am*  
 41. *nobis dat: Si impius egerit penitentiam ab omni-*  
 42. *Ezech. 18. 21. bus peccatis suis, iniquitatum eius non recordabor*  
 43. *amplius. Ne mireris: quiddid de diuina intel-*  
 44. *lexis iustitia, hoc erede imo multo plura: est e-*  
 45. *um infinita, & hoc infinito ptoptum est, quam-*  
 46. *tumlibet de eo intellexeris: numquam vl imum*  
 47. *cōprehendes, quinimo cū eō progressus fueris,*  
 48. *quō tuus potest intellectus penetrare, nisi p ura*  
 49. *infinites supererum indaganda. Eadē de causa,*  
 50. *quiddid tibi de diuina dixerint bonitate, credi-*  
 51. *to, etenim infinita est & ex illa ratione postquā*  
 52. *tibi dixerint, quiddid de illa dici potest necum*  
 53. *ad terminum non peruenient: sed infinites*  
 54. *multo maiora dicenda si pererunt eam que-*  
 55. *cumque dixerint, aut dici multa potissent.*  
 56. *Hæc autem licet ita sint, vult nihilominus*  
 57. *Deus*



Deus discrimen quoddam inter eius statuumus attributa, & his omnibus supererant: misericordiam: licet enim inter res infinitas, una altera non sit nec esse possit in se magis infinita, quoad effectum tamen hoc intendit, ut dentur prerogativae adeo praefatae eius misericordiae, ut illam velit singulariter proponere tamquam immensum suarum maris divinarum: *Deus qui dicitur esse in misericordia.* Proinde quantum libertum capiat ingenium, tua speret fiducia, multo infinites est illa praeclearior, pluraque infinites de ea, quam quae plurima vidisti, videnda si pererunt.

§. 3. *Nullam est peccatum irremissibile, quod non infinites à Dei misericordia superetur, quod ad nostrum solatium multoties ratum facit.*

**H**ic inhiuntur tractatus illi ut docti ita pij Sanctorum Patrum D. Cypriani, D. Basilij, D. Ephrem Syri D. Chrysostom. quos his conformiter ediderunt sub titulo de Poenitentia, praefertim D. Ambrosij, qui duobus compositis de poenitentia, alios quoque de eadem conscripsit materia: omnes autem illos scripserunt contra illius temporis Haereticos noviter in Ecclesia exortos, nominatim autem Episcopum Africanum Novatum: hic Romam venit, cum in summum Pontificem electus esset D. Cornelius, occurrit hic presbytero Novatiano viro ex communi consensu non vulgari eruditione clarissimo, ac non minori ambitu spiritum turgido, quinimo tanta non ferendo insolentia, ut cathedra expellere Pontificem intenteretur Cornelium, & seipsum per fas & nefas subrogare Pontificem. Huic se Novatus adiungit locum, ut verò res secura haberet exitum, & D. Cornelij detraherent maledici sanctitatem: hoc illi primum obiecerunt quod parvi faceret honorem Christi: quandoquidem nullo negotio peccatores in gratiam reciperet poenitentes, illosque in Ecclesiam admitteret, qui vi tormentorum contrecti cum Christum evassent, peccata lacrimis confitentes revertentur. Hinc coepit illorum contra Cornelium ferere dissidium, quasi qui zelo honoris Christi movebantur dicentes: repugnare inflexa, in Christi Ecclesiam admittere Christo tam infideles, nec ad poenitentiam admittendos. Videtur infernalem haereticorum modum agendi, qui suis capiunt ambituibus zelum

honoris Dei paludamentum?

Hic in malitia perniciter populum commoverunt, excitant, ut pro Christi honore starent animosi, damnantes à Dei gratia in futurum emancipatos, quotquot illum offendissent. Huius opinionis affectus: Novatianos, seu alio cognomine Catharos indigni arunt, id est multos, quia praedicabant, ad salutem hominum necessariam esse integram invidiamque servare Christo datam in baptisate fidem, nunquam illum de caetero offendendi innocentiam capitalem custodiendi immaculatam, abique peccati recidina: in cuius datae fidei protestationem inimici albis vestiebantur: caudati. Hic error erat Novatianorum quod quibusdam licet Deus ignosceret peccatoribus ad lamenta convertis, non tamen omnibus: multa quippe confirmabant esse peccata tam enormia ut reciderent Deo, nullam qua illa longanimitas perferret, esse patientiam, quod singulariter de Christianis ut veriti assererant: qui fidem receperant, hac erant illuminati, Christo per baptismum incorporati, ceteraque Sacramenta communitate participes effecti redemptionis, sanguinis, vitae, mortisque Salvatoris.

Quod Deus ignoscat Gentili qui illam offendit, ignoras Deum? atque nec hoc multum est. Quod indulgeat Barbaro; qui nec de eius divinitate, aut mysterio sui eruditus, fidem non superat. D. enim Paulus hanc assignat rationem, cur se Deus in gratiam receperit, peccataque clemens indulserit: *Quia ignorans fecit.* *In incredulitate.* At quod ignoscat Christiano a deo ingrato, infideli, haereticago, qui cognita sui obligatione, quantum Domino illi tenetur quid pro illo fecerit, quid dederit sui cordis sanguinem, vitam personam suam in cruce mortis, beneficium agnovit baptismatis, Confirmationis, sumendam illi dederit carnem suam & sanguinem, his omnibus tam inhumanis tam piis offendant bonitatem, sanguinem contulerit adeo pretiosum, tanta despiciat beneficia, dona vilipendat, quae ferat hanc patientem, clementem misericordiam? Quis hic speret remissionem? Idcirco, assererant, Iudae sacrilego nullam produtionis superfluisse remissionem: ipso Christo profertente de illo testimonium ore vaticinio Davidis olim pronuntiarum: *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinissim viique. Tu vero homo vnanimis, Dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. Ad quae sic Christus: Qui manducat mecum panem levabit contra me calcamenum suum.*

Qui.

Quinto & ipse David, tales vt reiectuos  
damna, & quibus nulla sit diuina spes miseri-  
cordia; dum ait: Veniat mors super illos, & de-  
scendant in infernum viuantes. Hoc erat ( inquit  
D. Basil.) illorum argumentum: Dicunt quos si  
ante Saluatoris passionem, priusquam ille sanguis  
funderetur. Et. Hec quoque ilorum erat opi-  
nio: D. Paulum hoc docuisse; quod vere im-  
possibile iudicet saluari posse tales, aut ex Dei  
misericordia consequi peccatorum remissio-  
nem: Impossibile est enim eos qui semel sunt il-  
luminati, gustauerunt etiam, donum celeste  
& participes facti sunt Spiritus Sancti. Et. Et pro-  
lapso sunt, rursus veniunt ad penitentiam, rursus  
emittentes sibi metipsis filium Dei, & oscenti ha-  
bent.

Hanc doctrinam, vel si placet, errorem hunc  
multo ante docuerat (teste D. Hieronym.) no-  
tissimus ille haresarcha Montanus, tempore So-  
cris Sanctissimi Pontificis quimmo antiquus  
ille doctusque Tertu hab. Cui hac sedebat o-  
pinio quod licet aliqui sint ad penitentiam  
admittendi peccatores; non amen omne; ro-  
miscue reiciantur autem & exipiam ut infam-  
es adulti, pro quibus nullum esse censebat  
in Ecclesia remedium, nec Dei patere miseri-  
cordiam. Ar. ume ma. Vt hac, vt cum D. Am-  
brosio, sentiam aliisque similia, cordibus propria  
nimis angustis ac limitatis, vt hominum sunt  
mente captorum, qui manus sine fundo vadum,  
Dei volum immetnam penetrare clementiam,  
huc tales praeferre limites, quales solent hu-  
mane praeferre misericordiae, determinare pa-  
tientia, quae vt finita & parua suis contem-  
pni terminis, & cito turbata limitatur. Nu los  
aramen fines nouit iustitia Dei misericordia,  
nullis limitatur terminis bonitas illimitata quae  
tanta esse laudatur, vt eam grauius blasphemis  
illis uocibus offenderit Cain: quibus peccata  
sua, Dei misericordia grauiora esse mentiebat-  
ur, quam ipso suo fratricidio, peccato licet gra-  
uissimo.

Idem confirmat D. Hieronymus ubi declarat  
verba illa Prophetae & regis ex psalmo 118.  
quem inscribitur psalmum maledictionis: scilicet  
enim maledictionibus, quibus facilem  
innocentis sanguinis venditorem Iudam per-  
stringit. Et notat Rupertus, numero esse tri-  
ginta, quae triginta respondeant argenteis, pro  
quibus Iudaeis Christum mercator vendidit,  
quasi maledictio denario contemnat: Oratio eius  
fuit in peccatum, q. d. Faxi Deus: vt oratio, qua  
alij suorum impetrant criminum indulgentiam,

illi ad nouum sit peccatum. O terribilem ma-  
ledictionem, q. d. Vitam quod alijs est medici-  
na, Iudae sit venenum, & quod alijs prodest ad  
vitam, illi noceat ad animae perditionem. Qua-  
res, quomodo sit hoc in Iuda completum? Ex-  
plicabo (loquitur D. Hieronymus) quod est pro-  
prium peccato culpaeque remedium: quod est  
amidotum vt anima mortua per peccatum, re-  
uiuicat ad gratiam: Penitentia: Si peccator pen-  
itentiam egerit de peccato suis, vita uiuet. Hac  
igitur Iudae ad nouum imputabatur peccatum,  
imo eorum omnium, quae prius commiserat,  
grauissimum: Penitentia Iudae maus peccatum  
est, Penitentiam egit infelix, dum Christum  
videt mortis sententia condemnari: Iudae videns  
quod damnatus esset, penitentia datus retulit  
triginta argenteos Principibus sacerdotum & seniori-  
bus, dicens: peccavi, tradens sanguinum istum. At-  
tende penitentiam, omnibus, vt videtur ihs que  
tribus partibus absolutam cordis contritione, o-  
 tum ſuorum vitam, vt pupillam oculi ſui ma-  
 niſſaciebat. Copioſiſſimum conſtat exercitiū, quo  
 ciuitatem Rabba cingat inimicā, cuius Ioab ſo-  
 ſub generali commendat obſidē. Eodem  
 tempore impudici capitur amoris incendio Be-  
 thſabeā deperit, huſque totius obliuiſcitur exer-  
 citus, copiasque negligit: quia verò congruum  
 ſibi videbatur, vt tanto ſuis ſecurior vacaret vo-  
 luptatibus, Vriam Bethabeæ maritū interimere,  
 fidelem regno, laboribus obſidionis impeditum;  
 præcipit Ioab vt Vrijas technis ab hoſtibus in-  
 terficiatur, vt ipſe ſecurius mulieres fruetur  
 amplexibus. (a) Cladis iſerini exponatur e-  
 exercitus, certamen inearur ſiue opportune, ſiue  
 importune &c. Conferunt vires inimici vtrim-  
 que; ac Marte tam inſulto, vt multi ceciderint ſuā  
 viri illuſtriſſimi, militelque gregarij quam plu-  
 rimi. Tunc Ioab, ne cladem moleſto ferret Da-  
 uid animo, militem ad regem deſinat curſo-  
 rem. Vade, propeta, Hieruſalem; regi Domino exerci-  
 tuoſtro ſuſſitum iudica. certaminis euentum: tuſ cladis  
 ſi re-

L. 21. Mo.  
 c. 19.  
 III.  
 Luxuria  
 ignis eſt.  
 Iob 31. 12

si regem grauitur videris commoueri, & tantorum necem deplangere milium: infer continuo: *Etiā Vrius He-haus mortuus est.* Ita factum, vt erat imperatum, deplorandum narrat miles Dauidi prelij successum: quem vt vidit, cladem ferre atroci er, ilico & hoc ait: *Etiā Vrius He-haus mortuus est.* q. d. Iam pro libitu sui poteris mulieres concubitu. Dauid sereno placidoque responderit vultu: *Curre amice, nuntia Ioab: Non te frangat ista res, varius est enim euenus belli: insaulto licet fidere dimicaueris, aliā meliori Deoque applaudente. O Dauid! An possibile, vt Rex qualem te nouimus omnes, cæcum audiens exercitum, curiæ præcipuos in terram prostratos, fortissimos deuictos milites, honore suum direptum, lælam auctoritatem, tot sumptus frustra exhaustos, tantam stragem, tales effutiat rationes, tam animo non turbatus, non commotus, insuper cretat omnia bene perditā, bene dissipata; liberet te Deus, ne ignis hic accendatur, omnia namque pestum ibunt, diuitiæ, exercitus, redditus, honor, familia, vita, sanitas. Quando flamma corripit vnum ex istis quos probe nostis, vides, quā pronus effundat domus suæ pretiosissima parentum monilia, torques, annulos, mulieris propria vestimenta, tapetes, &c. & horum omnium lætatur infelix perditione; nihil horum magnifacit, & si quid illi dixeris: respondet: *Non te frangat ista res. Quid hæc tanti referunt, talis modo complacem puellæ voluntati.**

Aterum de Herode refertur, quod idem Diuus Chryostom. accurate perpendit. Vixit cum Herodiade scorto impurissimo fratris sui viuientis Philippi vxore. Natalis sui celebrat cœnam iuxta magnificentiam regalem, prodit in mediū filia ipsius Herodiadis pellicis suæ, greslueque composito saltat Euro leuior, Herodi, cunctisque placet in tantum conuiuii: vt illi regio promittat iuramento: *Quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei.* Exclamat D. Chrylo. *Miser & infelix, itane tibi memis oculi cœcutionis: semel puella saltauit, & dimidiū regni tradidit: Quid si secundo saltauerit? Votis exopta, ne deus saltet, vel si saltauerit, ne deus placeat, ne si tibi postea mendicandum.*

In eandem et cecidit mentis amentiam Astuerus centum viginti septem Princeps prouinciarum. Formæ Estheris captus elegantia, eiusque amoris incensus ardentissimo, ad primum eius uerbum dimidiū totius offert liberalis imperij. *Quia est petitio tua Esther, vt detur tibi quid est. c. 5. 2. vt serui: Estiam si dimidiā partem regni meo pe-*

teris, impetrabis. Quicumque igitur hoc igne combuntur, modum non ponit largiendi, etiam Prouincias, regna, Ciuitates, quinimo & ipsum caput Baptistæ, munus quo nullum sub cælo pretiosius ipsis Angelis, ipsis hominibus augustius: omnia libido dissipat, & de coquit vniuersa.

Ignis est eradicans omnia geminita. Hinc patebit tibi ratio, notat D. Greg. & hoc antea, D. Chryostom. cur Dominus profanas illas, impurasque puniturus vrbes, ita vt funditus enereretur, deletis opibus, delictis, bonisque cunctis extirpat: *Plus super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem de celo.* Quis precor, agnis Domine adeo vorax, qui, cum illa esset regio: *Tamquam paradysus Dei:* nihilominus illam exulsi, vt instat candelæ fuliginis in fauillam redacta concideret? Sic conspexit Abraham: *Pro uerjam terram regionis illius, viditque ascendentem fauillam de terra, &c.* Prudentissima sunt Dei opera, qui cuncta *In pondere, numero & mensura* disponit, præsertim penam peccato conformem, eo modo, vt peccato parua respondeat, ignis, & sulphur, vt Sodomæ & Gomorthe supplicium. Duo continet hic ignis; ardentem, viresque efficacissimas, quibus omnia demolitur, sicut de factio Sodomam euerit, & sulphuris factorem non tolerandum. O quam tanto parua condigna peccato: Libido fœtet, & hoc nedum, quod bonum auferat odorem alluminationis, seu noxam: sed insuper te reddit con-

geriem putredinis naribus non ferendæ, exorandæ, vt per septem male semper oleas patentes ac nulla sint omnia aromata, tali tollendo factio: respiratione, naribus, salua, toto corpore, nasorum pestis oboles graueolentius. Secundo: ignis est deuorans, vt nec ramo, nec folio, nec radici parcat: *Ignis eradicans?* Quil de tuis redduum facultatibus, tibi à parentibus transmissis, quid de familiaris redditibus opulentissimis: quid superest de possessionibus, hereditatibus, cecibus? Ipsum audiamus: *In ipsa qualitate vltionis notant maculam criminis, sulphur quidem factorem habet, ignis ardorem. Qui itaque ad peruersa desideria ex carnis sapore asserant, dignum sunt simul igne, & sulphure perirent, quatenus ex ista parua descenderent, ex iniusto desiderio quid fecissent.* Ignis est libido, vt putidus, ita consummens, qui cuncta disperdat, qui consumat vniuersa.

Hoc si is commentis indicantur Gentiles, nominatum Aethæonis fabulæ, datus nobilissimus, qui multis stipatus venatoribus ac canibus syl-

D. CHR.  
Serm. de  
virtute  
& vitiis  
Ihm. 5.

V.  
Herodes  
impudi-  
ce salta-  
trici di-  
midium  
offert  
regni.  
Marc. 6.  
29.

VI.  
Et Astue-  
rus  
Esther.  
Iij. c. 5. 2. vt serui: Estiam si dimidiā partem regni meo pe-

VIII. Me Poe- tium cō- memis- procaur-

was oberrans Nymphis occurrit, in ipsa flumi- nis ripa se lavantibus, illa manibus aquam illi adiecerant, qua extemplo in ceruim transmu- tabatur, quem sic transformatum ve viderunt & canes & venatores, ceruim eum esse suspicati, ferociter aggrediuntur, dentium moribus vestes diripiunt, carnes vellunt, miserū tandē mem- bratim disceperunt. En tibi bellissime figura- tū iuuenem, imo & senem libidinosum, est nā- que ceruus animal lasciuum valde ac luxurio- sum. Ambulat miser, occurrit puella, in faciem eius intendit: hoc fauorem credit, quod sibi vel vnico respondeat verbo: gestu quem facit, qui pluis nihil referat, quam si illi guttū aquae adspargat, subito, vt animal irrationale mutatur, ac satium. huic accurrit tercia mediatrix parte disceperit vestimenti, ex altera parte alia literas deferens partem diripit aliam, huic illi auferit togam illius torquem auream, vt ait D. Chryf. *Actores sunt mulieres quibus suis hostibus. Patū est* 19. *quod ei tunica diripiatur, carnem deplorat mil- le moribus laceram doloribus, fluxu ventris, infirmitatibus fluxidam, vt per membra singula dirumpatur. Idem indicantur suis fabulis Poētæ de Hercule, cui Deianira pellex incestuosa O- nei Regis Ætolie filia misit intoxicatū, præ- stigiisque contratum indusium, quod à Nesso Centauro acceperat, quo miser indutus, flagran- tissimo cepit ilico igne exarsuare, quippe cui carnes membratim exurebat, vorabatque indus- iū adeo, vt doloris ignisque impatientis in montis Oetae pyram præceps iniecerit exurendum. Quo significabant insultum hunc, libidini ad- dictissimum, quā ad tantam trahebatur calamita- tem, vt innumeris morbis, doloribus, immun- ditatis opprimeretur, sic vt illi carnes excedere- tur, insuper ipse se caruifex per singula mem- bra dilaniaret.*

29. *Præclarum est illud, quod Salomon perper- dit cui Christus, vt arbitror, alludit: dū ait: Con- sumpsit substantiam suam, &c. ait enim: Ne atten- das fallacia mulieris, & hoc ratione fuci faciei, vel ceruicæ ac varij pigmenti, quo viros mulie- res crebro daludunt, vt notat D. Greg. Nazianz.*

*Orat. con- sumas si exo- leat.*

*Señ. 12. r.*

*11.*

Præclarum est illud, quod Salomon perper- dit cui Christus, vt arbitror, alludit: dū ait: Con- sumpsit substantiam suam, &c. ait enim: Ne atten- das fallacia mulieris, & hoc ratione fuci faciei, vel ceruicæ ac varij pigmenti, quo viros mulie- res crebro daludunt, vt notat D. Greg. Nazianz. Dolus est inquit quem breui tempus aperit, t- mo vel vna febricula. Veris est pulchritudo, quā cito consumit hyems: dies est, qui velociter in mortis mutatur tenebras. Cuius Salomon addit rationem: *Fauus enim distillans labia meretricis, miridius oleo guttur eius.* Miramini sententiam. Disputat Aristoteles in Problematis eur nau- uium feles, & vrinarios, communiter oleū au- ribus insillunt. Hanc autem esse dicit rationem Hieron. *Bas. de Lanze a Tom. II.*

quod hac inter alias oleum præstat qualitate, vt insulum auribus, aquam extrahat illapsa. Quia vero vrinariis, dum maris profunda penet- rant, aqua auribus illabitur, vt illam educant, oleum auribus insillant. Vnde sum p̄it hoc Ori- genes. In Periarthon adagium: *Oleum in a- re gerere.* Quo signet hominem, qui sanis non at- tendit consiliis.

ORIGENES

Ezech. 36.

25.

X

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

10.

Quid sanam esse credis doctrinam nisi salu- tiferam aquā, quæ per aures illapsa viscera pe- netrat animam, quam refrigerat, quam consoli- dat: *Effundam super vos aquam mundam.* Dixit Deus Evangelicæ doctrinæ promittens aquam saluberrimam. Attende quis effectus verborum mulieris. Interfuisi atter tus cōciem, verba Dei aure percepisti, memoria retines, admotiōnis la- pius recordaris, anima tuæ recogitas pericu- lum, Dei iudicium, pœnæque sempiternas. Mil- cet tecū puella sermones, quatuor tantummodo tibi loquitur verba adulatoria: hæc tibi vt gur- ta mellis sapiunt quas de labijs suis distillare facit: quare tibi concinit Spiritus S. Fauus me- lis, *Labia meretricis:* sic de illis indicas: *Quod sit mi- ridius oleo guttur eius:* & vt talia, verba eius cor- tum mollesciant, totus effeminaris. Hoc agit: doctrinæ coelestis aquam auribus educit quam haueras, vt præteritorum obliuiscaris, Dei tui, cœli, inferni, animæ tuæ, eius ruinæ, damnoŕū- que immemor viuas: *Nunc ergo sis, audi me.* (Monet Sapiens.) *Et ne recedas a verbis oris mei:* D. Avov. *Longe fac aō ea viam tuam, & ne appropinques* Ser. 24. *de foribus domus eius. Fuge confortia mulieris, fili temp. 12.* mi: hoc vnicū salutis tuendæ remedium, ait D. 10. Aug. Apostoli verba dilucidans: *Fugite fornicationem.* Contra libidinis (inquit) impetum appre- hendo fugam, si vis obtinere vitam, nec tibi ve- recundam sit sagore si castitatis palmam desideras obtinere. Fuge fili, manu mitte mulierem! Oby- cient me rusticum esse & iurbandum; quique nesciam cum mulieribus conuersari. Illa præ- stat estutiant, quam te pati doleudum animæ, bonorum, vitæque naufragium.

Hinc damna profert ex mulieris conuerſa- tione dimanantia: *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli.* Attende, quid legatur: *Ne forte impleantur extranei vrbibus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis, quado consumpseris carnes tuas, & corpus tuū.* Quam nostro hæc omnia congrua proposito! Cave ti- bi paupercule, tibi enim auferent vires, opes cō- sumentur tuæ, familia tua manebit inops & y- cca, alterius verò redundans, & tandē ingemil- ces mille doloribus plagisque contritus, tuis ex- esis



esis caribus & corpore languens manansque purulento. Quam verè Christus: *Consumpsit substantiam suam, vivendo luxuriose.* Heu quæ dâ-

**D. CYR.** nâ D. Cypria. enarrato damnorum catalogo, tandem illa breviter describit: *Luxuria (inquit) per gularis. infanta dedecora, multiplices mortes inuenit in perniciè perâtorû. Si hoc adeo verû non sit, ut ma-*

**D. CHR.** picio D. Chryso. propositionem qua sic asserit: *Ho. 63. ad Patrimoniorum Syriæ & scopulos appellanda esse meretrices. Idem ponderat D. Fulgent. Episc. Carthagi. exponens quid Poetæ per Scyllas & Charybdes indicant: Commenta sunt, quæ licet conficta, tamen eximia documenta præulerunt.*

**X.** *Quid sit Scylla, & Charybdis.* Confinunt Scyllam meretricem, quæ patrimoniam, ac multorum iuuenum qui opibus affarim eminebant, facultates dissipabat: asfingunt illam in mare delapsam, & in scopulum conuersam, ad quem appulsa: naues dirumpuntur, & naufragantur, omnesque merces etiam dirissimæ in profunda demerguntur; cuius periculi remedium vitium & securissimum fuga est, & ab illis quàm longissimè declinare.

Charybdes, aquæ sunt ventorum turbidibus in gyrum agitata, quibus si naues inuoluuntur, circumaguntur in vertiginem, misereque absorbentur. Habes hic, inserti D. Fulgent. quid nobis Poetæ suis fabulis significarint, damna scilicet, quæ tibi certius imminet, dum accedis proprius, mulierumque te fidis conuersationi, hac ætatem pereunt opes, sanitas enervatur, virtus absorbetur.

**§. 12.** *Dissipauit substantiam suam. Est enim meretricis domus, Gigantum domus, ubi molliuntur amantes etiam purissimi, velut Dauid, Salomon, ac Israelita.*

**30** **O** Missis fabularum commentis purissimæ Spiritus S. aures attingite veritati: qui sibi plangit stultum, prodigum, quem verbis describit Salomonis. Iuuenem hic refert inuultu, caput sine lingua, sculturni pompaticum, (a) omnia contentem, vidit mulierem, quæ oculos in illum reuertat, ac facie liberali compta fucata, illam vocat ac eius complectitur manû. Sibi dilatari cœlos infelix arbitratur, & instar stulti passeris ad virgulas conuolat glutinosas, domum ingreditur. O mortalium infelicissime, iacta est (inquit Spiritus S.) alea, actum est de te: **Pro. 9. 18.** *Ignorans quod ibi sint gigantes, in profundis in-*

*ferri conuina eius.* O stulte funibus constringe de. O Dei Spiritus quàm ad vitium ea quæ placet describit. Gigantes dicit, mulierum appetitus: *Ducuntur variis desiderijs,* inquit Apostolus. Bone Deus quis, quæso, mulieris narret impudicæ desideria? Quid postulet, quid appetat? velles pretiosas, monilia, thesistra, discinnualia, torques aureas, annulos, murenulas, byssum, anxia &c. Scripsit de his Tertullia. stylo grauissimo, *Licet obscurus, quæ multa meretricis exoptet, in paruis cistulis gemmas, quæ pretio integras appendant civitates, & in tenuioribus filis margaritas, quæ valore superent patrimoniam: Breuissimis oculis patrimonium grande profert.* (intelligit de muliere:) *Vno lino decies sexcentium inferiorum saltus & insulas tenera cervix fert; graciles aurium cutes Kalendarium exepndunt.* (Kalendarium vocat expensas totius anni:) *& sinistra per singulos digitos de facis singulis ludit.* (In singulis digitis multos euacuatos nummis defert factu- *substantiam, uno & multo brevi corporeculo bulularum.* De Tertulliano sumpsit D. Cypria. & de am- bobus D. Hieron. in vita Pauli Eremitæ, qui hanc proloquitur sententiam: *In uno filo villarum in-*

*sunt pretia.* Congruè dixit alter, quod latinus cecinit Poeta: *Oportet multa habere Troidem.* Potentissimi gigantes sunt hæc desideria, quæ deuorant facultates, ne dū diuitum de communi grege, sed & nobilium inelytorum, addam & potentissimorum Regum ac regnerum, nullæ sunt in eis facultates, quæ vel vnius mulieris satisficiant desiderijs. D. Clem. Alexan. præfata appendens verba Spiritus S. alio legit modo, licet nõ mino- ri mysterio, eidem conuenienter intentioni: *Miser autem nescit, quod serpentes apud eum habitent, & quod vadat ad laqueum inferi.* Papæ, quàm hæc plena mysterijs! Nescit quod serpentes &c. Si vnius plus satis erat coluber, qui blandis fictisq; verbis primænos nostros in fraudem induceret parentes, nostrorum omnium honorum ruinam adferret, tot tantisque nos miseros malis cumulareret, quid non efficiunt infiniti? At cunctis non vacat inhærerere. Alia littera scribit: *Ignorans quoniam mortui tibi sunt.* Nesciunt fatuus, domum esse cladium: hinc mortem producit immaturam, intempelluam, hinc salus ruinam, vitæ naufragium. Nec minus illi congruè, quod ait Plutarchus. in tēplo Veneris omnibus conuenientibus sepulchralia ab eius confratibus fuisse exposita. Scribunt alij: *Ignorans quod indies sunt apud eam: Quid enim aliud est domus*



metetricis, nisi Xenodochium infirmorum ex hac etenim quid præter infirmitates contrahuntur, enervata valetudo, vitæque labefacta?

His aptè congruit quod D. Hieronymus expendit de Adamante ex sententia Xenocræus Philosphi, qui librum conscripsit particularem de natura Adamantis, quod idcirco vocetur: Adamas, quod nulla vi neque ignis, neque ferri domari potest.

Vnicus hic eorum sanguis eum emollit, viresque labefaciat, eo modo ut sanguine tinctus hic cum pa iatur scilpcuram, idque nullo negotio: cuius quoque meminit D. Aug. Hoc, (teste D. Hieron.) aptissimum est materiae præsentis hyeroglyphicum. Proposuit Deus Adamantem, vt symbolum viri iusti, fortis, invictæque pietatis, insuperabilis virtutis: quem non emoluit idus persecutionum sæpe repetiti, laborum, iactura &c. verbera fortissimè. Hircus autem eiusque sanguis luxuriam denotat, cum hircus sit libido naturalis. Præter te Deus hoc ne contingat: licet enim quis sit adamas summi valoris, nec minoris fortitudinis, illum emolliet, vitam, substantiam, virtutemque subvertat.

Exemplum sume in illo tanto prædico, roborat, vt leones disceperet, vrilos prælocaret, gigantes prostermeret, vnicæ colummedo demerione, cui Equi-heu qualis enasit? Miser factus sum & curuatus ne hoc sum usque in finem, vt mihi vires non suppetant est libiditiores, hoc est, usque in finem: Qualem se conne emol-doluit. Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum &c. Tum se clamat exhaustum, & huius impudici sanguinis calore succensum, vt dicat: Inflammatus est cor meum, & venes me commutati sum, & ego ad nihilum redactus sum, & nescius. Salomonem considera, quo nullus sapientior, donis cælestibus ditior nullus, quam infirmus, quam hoc sanguine pollutus reddiur enervatus? Vt & ipsæ mulieres in illo cælare potuerint idololatricam, imagines sculperè falsorum Deorum Ammonitarum, & Moabitarum.

Notant Origen. & D. Chrylsto, quod fortes atque insuperabiles viderit Balaam Israelitas: Populi Dei conuictur legiones: & exclamat: Quam pulchra tabernacula tua Jacob, & tentoria tua Israel, &c. cuius fortitudo similis est Rhanocrotis, &c. accubans dormiuit vt leo, & quasi leona &c. Nulium noui remedium, consulit Balaam Regi Balac quo populus hic diuino fultus subsidio, fortissimus & inuincibilis, deiciatur nisi hoc v-

Origen. nicti vt illi suggeras inuentiua libidinis, vt ignis Lib. 2. in ille vorax pectora inflammer, hic corda sanguis demerret, perfundat qd. ex sententia Orige. Si vis esse vinct-

re, primo eorum pudicitiam deice, & sponte vincatur. Aduersus hac non virtute militum, sed mulierum decore pugnandum est, nec armatorum vigore, sed mollitiæ seminarum. Amoue armatorum manū, & electam congrega speciem puellarum. Forma vincit armatos, ferrum pulchritudo comprimit, vincitur specie qui non vincuntur præliis, &c. Huic

IV.

Probatu exemplo Iudæorum

ad aborat vt puellæ electa specie populū conueniant, blandientes: quod si illas admittant quidquid volueris cum illis efficies, breui lætaberis enervatos, clumbos, vires dissolutas, robur confactum, ipsas feminis infirmiores. Nec inefficax considium: puellarum namque consortia de uicti, prostrati, subueruati, hermopolæ. Hoc erat illud scandalum, de quo D. Ioa. Angelus quod Balaam obiecit si ijs Israel, eum inciderunt, hic lapis offensionis in quem irruentes sibi caput, sibi oculos sibi manus & infregerunt: hæc est petra scandali, in quam, si quis offendant, actum est de bonis suis, honore, corporis opuma valetoine, vita, & anima: quocirca notanter dixit Spiritus S. quod ad tantam aduiter detinuit amentiam vt sit: Contempons in animam suam.

Apo. 14. 2

S. 13. Decoquit luxuria substantiam, vt patet in Samson: rarius cunctis mulisque annis prædictus.

In huius rei confirmationem, quid posset proferri euidentius, quam solendus casus Samsonis, viri omnium calculo quos mundus vidit fortissimi. Hunc expendens Theodoret. sic ait: Inuidium & inexpugnabilem, qui & multis alienigenarum millibus erat formidabilis, in captiuitate redegit meretricis muliercula, adeo bellica acie est grauius bellum cupiditatis. Tanta capillis suis valebat fortitudine, vt Philistynos si millia turmatim interimeret, ponas cardinibus extraheret ciuitatis, & sublata in humeros deferret, pedibus adeo velox vt ceterum vulpes cursu affectus comprehenderet Cupidius ignis aestua, in precordius, mulier autem, quam deperit, adeo procax & maleuola, vt toto struat technas ingenio, quibus illi vitam auferat, quas credit nihilominus amoris tesseras, scortique blandimenta. O vacua cerebro capita: pignora creditis amoris mulieris lenimenta, & vt veraciter ait, a quo longe propellendum omne mendacium, Spiritus S. tuam tantummodo molitur ruinam, & vt te nudum a se fallax eiciat. Tels hinc orditur, percunctatur in qua non superabilis consistat illa fortitudo: videbantur panperculo delicie amasie, verum-

31

THEOD. 2. 1. in l. Iudic.

Pro. 2.



tamen illum perdere, ac radicibus enectere pro-  
ca satagebat. Aperit ille meretrici secretum, qui-  
busdam crinibus suam hanc alligari fortitudi-  
nem, qui si extrahantur, similis fortioribus sit  
aliis imbecillis. Illa Samsonem in sinu suo col-  
locat dormituro, & capillos illos radio alligat  
textorio, quos vnico extrahit impetu. Sensit hoc  
Samson de somno experscitur, & blanditias  
opinatur, crinium euulsionem. Instat illa, fun-  
dens lachrimas: Nunc noui, quod non sit cor-  
tuum rectum cum corde meo, cum mihi secretum  
roboris tui renuas appetite. O te foedifragam in  
quem obsecro finem hoc seire postula: Vt illius  
deicias, dissoluas? Vt vidit Samson lachriman-  
tem, solatur merentem: Ne cor meum, plores,  
tibi omnia abscondi a reuelabo, Capillis inuera  
fortitudo. Si mihi radicibus eradantur: omnia il-  
la eneruabitur. Sicine? Mulier, quidquid tibi  
boni contulit Deus fides meretrici? Confestim  
illo peritaberis. In sinu sumis Samsonem blan-  
da reclinat; & vocato iohanne. *Rasit septem cri-  
nes eius.*

*Jud. 16. 19*

Attente saepe tragediam hanc consideravi.  
Numquam sibi Samson toronderat capillos, hae  
prima vices erant & hoc vobis qui sapienter  
crines tondemus, molestiam adfert, quare necesse  
est illos aqua sapiens molle fieri, quo minus a-  
ciem sentiamus nouacula. Vel igitur caput Sam-  
sonis aqua tepida lauantur, vel minime: Si la-  
uantur, qui fieri potuit, vt hoc minime senserit?  
Cum enim eum multa nimis graualet caelantes  
plures iterata requirebantur circa caput actio-  
nes. Si non lauantur, qua ratione caput noua-  
cula rasit insensibiliter, totam ad caluitiem  
tollens caesarem, sic vt nec tato dolore, a somno  
fuerit excitatus? Ne n' iretis, sinu decubabat  
amatae, & blanditias opinabatur, ad caluitiem  
deradi, quodque quasi per iocum, amorisque  
pignus Dalila caput deglubret. At qualis e-  
sompno, sinuque surrexit vir ille mortalium om-  
nium robustissimus? Adeo viribus omnibus de-  
stitutus ac elumbus, vt quidquid animo lube-  
ret inimicis, in eum exegerentur: oculos effo-  
derunt, ad molendum vt animal irrationale  
condemnarunt, & cum Dis suis sacra facerent,  
velut tamorum torneamenta, rursus obiectum,  
& recreationis iucundum duxere spectaculum.

*17.* Rarus euentus, quem vt talem multis an-  
L. con. ra n. m. centuris prauidit in spiritu Iacob. (vt  
Iou. circ. ap. p. pendit D. Hieronymus) illis verbis qui-  
bus postremo hunc allocuitur Dan. *Fig. Dap*  
Gen. 49. *expleat in via, cerastes in semita, mordens vingu-*

*lus equi vt radat aspenso eius vicio, q. d. Erit*  
Dan equus ferox, aut eques generoso infidens  
equo: curret vt serpens per viam: mordebit  
cerastes vngulas equi, quo miserabilis suo sum-  
mo decideret dedecore. De quo loquitur? De  
Dan filio suo, non in propria personam, sed de  
nepote celeberrimo, simili namque formula  
Iacob filijs loquebatur, praesentes tangens &  
futura prospiciens. Samsonem igitur praesigna-  
bat. Quam graphice illum delineat. Eques in-  
clytus, qui carnis equo tripudiat animolus:  
equus stimulo serpentis agitato, id est motu  
concupiscentiae protocatus, qua de primi  
morsu serpentis nata, ad omnes traducitur,  
iter amoris ingressus tui tot impetu, velut equus  
effrenis, vt nec pater, nec mater, nec familia  
dedecus, nec labores, nec iactura, nec petu-  
cula curteitem potuerint, ne dum retrahere,  
sed nec detinere, huc iuina: viam aperuit, nec  
aliud melius sperandum ei, qui talem ingredi-  
tur viam, occurrit cerasta, momordit illi vin-  
gulas, & ignominose deicitur populo Iudi-  
brium. Habes hic, quam o timere, deicripitum hoc  
cerasta simbolo Dalilam. Dices quod viam  
applinet equo, sed falleris: etenim abscondit  
se, & tranleuntis equi mordet vngulam, quo in  
arenam prostermit equitem etiam robustissi-  
mum, toto spectante populo. Viden' dolosum  
cerastam? Viden' Dalilam quas non machinas,  
quas non fraudes in Samsonem cauta mola-  
tur? Quae non signa ostendet versipellis chari-  
tatis? Hi autem in vngula mo det equitem.  
Sunt vngulae de carne nascentes partes exte-  
mae, proinde illas, vt capillos rescindimus. Indi-  
cat autem Iacob hoc nomine, quam decepto ne  
meretrix Samsoni crines astuta nouacula de-  
aserit, quo valentissimum viribus seluum solo  
prostravit: inimicis Iudibrium, omnibus infame  
peripsema. Hoc cerasta stratagemam, hae fratis  
meretricis virtutem suffragatur, vires eneruat, os  
des dilapidat, saltem deprauat, vitam ac peri-  
iura demolitur.

Bone Deus, hoccine in nostra contingit ciui-  
tate? Licet, bona venia pro fari illud D. Grego. D. *17.*  
*17.* *Hac potius in nostris temporibus quam in*  
*discibus legimus. Et quod D. Bern. vix huius ex-*  
*pendens calami ates: Quam verum verbum hoc.* Illi  
se non nos verba deueniunt, sed verbera. Ita et il-  
Multi lud aspectere, quo D. Ambi. huius materiae finem  
imponit recessis historiis variis ac fabulis pira-  
serum illa qua fose describit Cicero ex Herodotus  
de annulo notissimo Gygis Lydij: hoc vltimum  
adiungit: Sed quid mihi opus est figmento annu-  
li.

icum id possim docere rebus gestis. Quid com-  
menta commemorem, cum hæc verò certissimus  
esse veriora: tot hodie filios prodigos numeramus,  
qui ditissimorum parentum heredes opulenti,  
valentine prospera læti, familia illustri  
prægnati possessionibus: censibus, redditibus ad  
luxum abundantes, paucis diebus, ita pau-  
periores, attriti, exhausti præstrati fortunis  
omnibus sunt exorti, quas illi paulatim (a) vt  
Samsoni mulieres raptitibus euulserunt, ne vno  
sciduo, & cum tantâ sibi sentiant radi mole-  
stia capillos, hoc illi initio decipiuntur, quod  
illos sibi de gusti, mulierum esse blandicias arbi-  
trantur: vnde Liberide mulieres, suis labantur  
facultatibus, & tantis opprimuntur infirmita-  
tibus, vt atate cum sint adolecentes, arida &  
terebrata: ipsi decrepiti senibus sint fordidio-  
siores. Non nisi purgationibus insistant, victio-  
nes a. habent velas continuo aperiant, ossa, me-  
dulla consumpta, nares exesse. Tu iudex esto,  
num verè dicatur: *Dispauit substantiam suam.*

§. 14. Nihil sic hominum infirmat, ad senium  
deducit, visum hebetat, & adolescentem e-  
neruat, vt luxuria.

Hic discursus argumentum ipsa nos  
deceat Philosophia, & experientia  
confirmat quotidiana: sicut enim nihil  
sic integram seruat substantiam, vni-  
que vale-  
curiam, sensus perfectos, vt corporis castitas, sic  
nihil vires eneruat, ad senium deducit, visum  
hebetat, & infirmat corporis vigorem, vt luxu-  
ria. Miamur quod Moyses narrat de Patriarcha  
Iacobi: dum vitam à patre Isaac accepit be-  
nedictionem, ne iuuenem arbitris, atâ is quip-  
pe habebat septuaginta & sex annos, vt irrefra-  
gabiliter probat Cornelius à Lapide ex textu  
Scripturæ, & erat adhuc virgo ilibatus, & vir-  
ginitatem illasam seruant, donec primùm  
Iam acq. ieret in vxorem, vt demum Rachel  
compas. filias Laban auunculi, teste eodem  
victore, quod ceteri notant Rabbini ad illa ver-  
ba Iacobi: dum Ruben alloquitur morturo:  
Ruben primogenitus meus, in fortitudo mea, &  
principium doloris mei. Idemque ex eo probatur  
quod pleno ore illum Spiritus S. iustum inscri-  
bit. Imperit illi paternam Isaac benedictioem,  
domo discedit, matris obediens consilio, fratris  
ad tempus declinans suorem, qui ob subrep-  
tam sibi à fratre benedictionem, vitæ eius illo

desistebat insidiari: quocirca Spiritus S. Iacobum  
dicit: *Profugum ire fratris.* Mesopotamiam ver-  
sus proficiscitur, desertâ peragrât in via solus,  
noctis præuentus tenebris, nulloque lecto præ-  
parato ipsis lapidibus mollioribus decubans  
Iomnum capit leuissimum: erat vtique viribus  
integer robore vegetus, nullis adhuc doloribus  
moribusque contractus, qui si vos infestari, mol-  
lissimas culeitras, lapides esse conueniunt. Hic  
mysteriosa schala, cœlitumque visione recrea-  
tur, ascendunt Angeli, & descendunt, Deus mu-  
tabili appatens figura, iunxus scala Iacobum  
resouet, blanditur, subsidium offert, prospera  
cuncta pollicetur.

Euigilans in tanti beneficii gratitudinem, e-  
rexit lapidem in titulum perpetuamque rei  
præterita memoriam. Quis ille lapis adeo ma-  
gnus, vt integro seruiret altari erigendo hoc  
enim lus indicator. *Erexit lapidem in titulum.*  
Titulus, nedum rei significat memoriam, sed et-  
iam altare. Hinc ortum est in primitiua eccle-  
sia Christiani templa titulos dicerent, quos illis  
in consecratione adscribebant: vt vt S. Crucis,  
D. Virginii, D. Laurentij, &c. quibus vnum ad  
alio templum seu Ecclesia discernabant: quum  
imo pertenerant illustrissimum Cardinalium  
tituli quibus vocantur vni tituli D. Laurentij,  
alter D. Prædixis, hic SS. quatuor Coronato-  
rumque singulari studio tractantur Gut. Serues  
& Hieron. Plato. Quod autem lapis à Iacob ere-  
ctus, altare fuerit, ex ipsis colligimus verbis:  
*Eri tibi Dominus in Deum, & lapis iste, quem  
erexit in titulum, vocabitur domus Dei.* Perpende  
quid ille lapis, qui de mes vocari possit: hic al-  
tare fuit, quia de caulta illum oleo peduxit  
signum consecrationis, vt notat Abulensis. Vnde  
post multos deno annos Dei mandato reuert-  
sus ad eandem locum, super illum lapidem  
obtesta Deo sacrificium. Hic octo septuaginta sep-  
tem annorum gratia deus tantem deus lapi-  
dem, mouet, dirigit pro libitu, & in figuram  
componit altaris. Quia illi manum ipsa sunt, quæ  
vires addidit: Scilicet castitas, quæ virtutem re-  
stamque seruat substantiam, ac corporis vi-  
gor, vt tantum lapidem nullo tolleret adu-  
tore.

Non hic moram traxit sed iter suum in Me-  
sopotamiam profecit, regionem inaequosam,  
vt i puteus vnicus ad potum seruatus anima  
lium, cuius vt aquæ custodiens est: tanto os eius  
lapide claudatur, vt tollendo necesse fuerit  
rimas in vnum ad vesperam eorumque pasto-  
res, qui partibus viribus cum amoverent: *Pu-  
tes, qui partibus viribus cum amoverent: Pu-  
tes, qui partibus viribus cum amoverent: Pu-*

Sap. 10.  
10.  
Gen.  
13. 13.  
Gen.  
Li. 2. de  
Cruce  
67.  
Lib. de  
Cardi-  
natum  
aigim-  
tate  
6. 2.  
In ca.  
28. Ge-  
nes.  
Gen.  
35. 7.  
Gen.  
11. 2. 2.



33 teus, cuius os grandi lapide claudatur, morisque  
 erat, ut cunctis oculis congregatis desolarent  
 lapidem & refectis gregibus rursus super os putei  
 ponerent. Accedit Iacob Sole ad occasum ten-  
 dente, pastores circa puteum offendit: qui non-  
 dum lapidem amoverant, & ceteros prestola-  
 bantur: tantus quippe erat, ut omnium manus  
 requirerentur. Percunctatur Iacob, quid a-  
 mici, expectatis alterius, inquam, pastores re-  
 gionis, ut iunctis humeris lapidem amoveamus  
 demulque potum gregibus. His dictis, apparet  
 adveniens Rachel, patris sui gregem custo-  
 diens, virgo pulchra nimis, solis instar lucidi-  
 sima, ditissima, cum alijs ipsa pastoribus custos  
 ovium, O aurea tempora, quibus etiam tali oc-  
 casione intacta permanet pudicitia puellarum:  
 hoc nobis digito notat Spiritus S. Ecce Rachel  
 veniebat cum ovibus patris sui; nam gregem ipsa  
 pascebat. Elharum perpende sedulum parenti-  
 bus servandi studium; & familie bona con-  
 servandi, quae licet nob. Jissio genere custo-  
 des ovium esse non dedignabantur, si hoc rei  
 augeat & fraderet ratio familiaris. Nec hoc pra-  
 tercas quod non leuiter Rachel elegantissima,  
 patris sui gregem ipsa pasceret, sed prudentio-  
 ri consilio curam susceperit ovium: Hoc est enim  
 Gregem ipsa pascebat. Pariter illorum, tempore  
 rum considera felicitatem; quod tali occasio-  
 ne, qualem officium vitaeque ministrabat in so-  
 litudine pastoralis, in tanto pastorum iume-  
 ro, ne quidem ledenda castitatis cogitatio  
 irreperit impudica. Opportune vidit illam Ia-  
 cob, quae nam esset sciscitatur: confobinam co-  
 gnovit, & quam primum igitur illa aecedit, a-  
 mouet de puteo lapidem, & instar communis  
 latentij non maiori negotio dimouet: omnibus  
 factum admittantibus. Haec sunt illae corporis  
 vires, quas tanto viro castitas seruauerat pudica  
 perpetuas.

34 Crescit aetate, & sicut ante matrimonium  
 35 virginalis cultus erat castitatis, demum matri-  
 monio iunctus, & quatuor copulatus vxoribus  
 filijs generatis viderim castitatem laudatur  
 seruasse coniugalem & alias extra legitimum  
 thorum nescisse mulieres: quo rebus, quo vigo-  
 rem, quo corporis vires infractas adeo con-  
 seruauit, ut iuctatus cum Angelo, absit ut ab illo  
 vinceretur, insuper & ipse supplantans Ange-  
 lum superauit Angelo fortior. Facinus narrat S.  
 textus; Toto noctis silentio Iudicatur cum Ia-  
 cob Angelus: Cum videret quod eum superare  
 non posset, foedera cum illo sancit. Quis hoc?  
 An ignoramus Angeli vires, Iacob viribus lou-

ge esse superiores? Tanto praeslant Angeli ro-  
 bore, ut vicum Deus miserit, qui superbum  
 de jeceret, confunderetque Sennacherib, qui gra-  
 ui centum octoginta quinque milium corona,  
 sub Ezechia sanctissimo rege cinget: a Hiems-  
 lem, hic vna nocte, quinimo vna hora, copiosissi-  
 mum illum interfecit exercitum, ipsamque  
 Sennacherib in apertam fugam compulit, tan-  
 to regi ignominiosissimam. Quid igitur hic di-  
 citur quod Angelus cum Iacob iuctatus: Cum  
 videret quod eum superare non posset, cum vi-  
 store certis conueniret conditionibus? Respon-  
 dent communi consensu Doctores, quod illum  
 Angelus quidem superare potuerit in tetram-  
 que praesertim, at suis noluerit vi. viribus  
 Cardinalis Caietan. aliud vult, ex intentione  
 Sancti Spiritus declarari, cum absolute dicit:  
 Cum videret quod eum superare non posset. Vnde  
 respondet, absolute Iacob viribus Angelo lon-  
 ge praesultasse: Deus autem, qui Angelo corpus  
 praecerat assumere phantasticum voluit, ut in  
 illo robur assumeret moderatum, quod licet ve-  
 re magnum, a Iacob tamen superabatur, ita ut  
 vere dicere liceret, quod Iacob Angelus superare  
 non posset: Quocirca congrue dixit Oseas al-  
 scit Caiet. Et in fortitudine sua inuoluit ad An-  
 gelum. Hinc apparet (at) maiores vires fuisse in Ia-  
 cob ad vincendum, quam in corpore illo assumpto ab  
 Angelo. scilicet a testimonio Osea dicens de Iacob:  
 Et in fortitudine sua directus est cum Angelo, &  
 inuoluit ab Angelum, & confortatus est, nisi enim  
 praesultasset, non potuisset detinere Angelum pre-  
 tensem dimitti.

Hoc velim aduertas, quod si in primis illis fa-  
 cinoribus septuagenario maior esset, in his no-  
 nagesima septem annis incarnauerat, ut ex textu  
 patet legenti. Quae vires adeo vigorose, quod  
 corporis robur adeo infractum? O castitatis vi-  
 res, quae substantiam, vigorem, agilitatem, robur  
 illatum, integrumque conseruat. Sicut e contra  
 sunt infelici hoc nostro xuo vires euitate libi-  
 dine sic ut paucorum iuuenes annorum imber-  
 bes, quando iam roboris sui dare deberent cla-  
 rissima testimonia languent ut elumbi, vix pe-  
 dibus infirmi consistant, nec brachia ad caput at-  
 tollant, tepleti doloribus, iuncturis, neculque  
 contractis, ossium medulla per frequentes sodo-  
 res euaporata. Vnde, quae lo, cogitas oriti mor-  
 bum gallicum? Non est infirmus, qui am pulci-  
 ignorarunt nec in propria specie Hypocrates,  
 Galenus, Auicenna cognouerunt. Ex auctoribus  
 Gallis quidam opinantur, ilam ex I. dijs addu-  
 xisse Vesputium, qui inter Americae primos  
 ceulc-

ceusetur scrutatores, regione Indiarum remotissima, ex qua, ipse seu socij illam in Europam inuenerunt. En quam longè à nobis distitit morbus ille fatalissimus.

At veritatis testis est historia passim obuia, nec nostris parentibus seu auis antiquior, in illo illustrissimo Rege Ferdinando, qui ob singularem in Dei Ecclesiam fidelitatem nomen meruit Carolici. Eadem tempestate viuit Francja Rex Carolus Octauus, tantà superbiam tuens, & viribus robustus, ut ille, sui que mundi terror esse censebatur. Præclarâ ingressus est Italia victoriâ, ubi nullus ausus est vel stringere gladium solo nominis terrore, ac præsentia formidabili contractus, totum breuissimo tempore pæne regnum Neapolitanum in suam redegit potestatem, consentientibus Catholicis rege Ferdinando, ac summo Pontifice: tantisque cunctos horrore inuasis, ut ipse sui metueret Turca ruinam imperij, in tantum ut ipsi Principes Duceque exercitus Africæ demolerentur præsidia, seque ad interiora tutiores reciperent quod si continuo faustoque sic Marte progressus fuisset, totam breui Græciam occupasset. Attamen ut iuuenis, delictis inescatur Neapolitani, Abnonis vitam egit Camillus Melitensis: regis exemplum assecit tanto luctu in libi inuasi, ut in ipsis morbus ille graueolentus inuaserit & nomen & originem, morbus Gallicus.

III. Nec minus considerandum quod de Alphonsi sexto Castiliæ rege narrant Annales: hic exorta à Mauris vrbe Toledo, alijsque pluribus præsidij interceptis, ut erat regio sæcundissima lacte & melle manans, tanquam principes alij constarunt gladios in vomeres, & lanceas in falces, ut phrasin vitamur Scripturæ, & deposito supercilio opulis operam dederunt, molles pepones quibus adeo viribus animisque deciderunt imbecilles, ut qui rem bellicam egregie tractaret nullus inueniretur: Mauris etenim redintegratis copijs animisque fortior in eos bella mouit audacior, quos commisso prælio velitari deleuit, & ad infamem compulsi fugam, prostrato filio Regis. Cum igitur pudendam tristemque rex ex clade sui suorumque cognouisset debilitatem, medicorum cœgit conuentum, ut eius intelligeret originem, eorumque, qui cuius fuerant infirmiores, nosceret desidia, quos ante viderat leonibus fortiores. Cui hoc physici responderunt quod refert Plinius euenisse Romanis, qui primum ut leones hostibus terribiles, potentissimas orbis subege-

rant Prouincias, se ignaros adeo desidesque sunt experti, armorumque se doluerunt inexteros: causam autem tantæ cognouerunt esse vecordia, quod pacis ac otij tempore, delictis nimium vacassent, illaque vires sibi euernassent, imo multorum mortem attulissent immaturam, ut patebat ex Romana iuuentute, eorumque qui superstitibus erant ridenda, imo plangenda virum infirmitate. O peccatum omnium vorax, cum ad substantiam vsque, hominiquè vitam cuncta labefactet, ita ut de quolibet libidine corrupto dicere liceat: *Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose.*

Finem igitur huic argumento imponat factum illud Iacob Patriarcha, memoratum dignum, castitatis cultoris feruentissimi. Filios procreauit duodecim, patriarchas nominatissimos, populi Dei protoparentes: morti proximus, corporis oculis cacutiens, animâ vero lynceus; Omnes ad se citat, & qui cunctis paternam intendebat, impertiri benedictionem, diuino Spiritu afflatus, quid in familia processu temporis futurum erat, disti, & prædixit. Accedit primus & primogenitus Ruben, adeo solutus in uenerem ut nec nouerit pepercit: cui Pater: *Ruben primogenitus meus, prior in domo maior in imperio. Effusus es, sicut aqua non crescas. Et. Intus & in cute noui te, fili mi, quia te dete Dominus beauit, ut mihi primogenitus nascereris, prærogatiuis maioratus inelytus: Heu quibus te muleris quibus inferuntis subiecit libido peccatis. Hæc omnem tuam decoxit substantiam, nihil tibi reliquum, velut de vase aqua effusa, nec gutta residua. Ut primogenitus, & donis & imperio cæteris eras antefereendus.*

Tribus tum temporis maior nati priuilegijs fratres cæteros antecederet. Primum: quod primogenitus, ut principalis, & honore dignissimus, Dei Sacerdos esset, spirituali cæteris eminentior dignitate. Hoc ex natura iure Esau petebat germano fratri Iacob, arcamen lentis edulio vendidit primogenita, qua de causa à Deo Pater profanus appellatur: dignitas enim filii erat spiritualis. Secundum: cæteris fratribus impetabat, eorumque honorabatur Dominus cui genua Rectentes deserebant: sic enim exponit Isaac transferens primogenituram in Iacob: *Esau Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuae.* Hinc idem Iacob de Mesopotamia reuersus, cum iratum fratris Esau animum studeret temperare, & ut primogenitum honorare ut primū vidit præcipis accedent: *Progrediens adorans pronus in terram septies, illicque collo-*

36. IV. Rutē ob libidine primogenitura priuatur. Gen. 49. 3. Gen. 27. 29. Gen. 33. 3.

collocutus, ne vnum quidem verbum, nisi a-  
 pto capite, incuriaque reuerentiâ profere-  
 bar, semper compellans: Domine. Tertium:  
 optimam bonorum partem pae ceteris, vt fra-  
 trum omnium superior nanciscatur. Heu te  
 mitem, lamentatur Iacob, hæc omnia tibi  
 vt primogenito debebantur: *Prior in donis,*  
*maior in impetibus.* Veruntamen horum omnium  
 iacturam subiit tibi que cuncta vorax exedit  
 libido, cunctis adeo vacuus, & inops, velut  
 vas, prius aqua plenum inuersum aquâ dilap-  
 sâ remanet vacuum: non autem vt vas melle seu  
 oleo plenum, quod licet effundatur, aliquid ta-  
 men semper circumcirca remanet & adhæret,  
 imo & vini vel aceti, ad minus odor percipitur:  
 at aquâ vas plenum, si effundatur, nec guttam  
 retinet, nec odorem: Talis tu, fili mi: *Es-*  
*susius es sicut aqua.* Tradidisti te luxuriæ, femo-  
 ra tua mulieribus inclinali, cunctis que  
 habebas, & tibi iure competeabant, vacuus re-  
 probaris, Sacerdotium translatum est in fra-  
 trem Leui cuiusque posteris, ex quibus Moyses  
 & Aaron stemma deduxerunt. Imperium &  
 regni sceptrum accepit Iudas frater, sic enim  
 pater illi: *Iuda te adorabunt filij patris tui, &c.*  
*Non auferetur Sceptrum de Iuda, &c.* Præto-  
 gantua bonorum Iosepho à Iacob traditur e-  
 usque nepotibus. Cui pater: *Do tibi partem v-*  
*nam extra fratres tuos, quam tuli &c.* Nec hoc  
 Spiritus S. silentio celauit, sic enim ait: Ruben  
 primogenitus fuit, si à cum violasset chorum pa-  
 tris sui, data sunt primogenita eius filio Ioseph  
 &c. *Primogenita Ruben repudata sunt Ioseph.* En  
 Ruben omnibus vacuum: En quid in illo libi-  
 do consumpserit, vt illi non superfuerint vel  
 dignitas, vel honor, vel facultates, vel quid-  
 quam vilius pretij inter fratres, undus & spolia-  
 tus. Hoc illo contigit tempore, sed nec nostra  
 defunt exempla tempestate. Quæ primogenitos  
 miraris opibus exutos, quibus cum suppete-  
 rent iurisdictiones, loca, familia, dignitates,  
 census, priuilegia, cuncta hæc videmus effusa  
 sicut aqua, & ad alias translata familias: Perpen-  
 de quot opes exhaustæ, quot deperditæ digiti-  
 tates, vires enervatæ, substantiæ dissipatæ, quin-  
 imo & vitæ naufragia? Vide num Christus pa-  
 tris sapientiâ dicere potuerit: *Dissipauit sub-*  
*stantiam suam?*

§. 15. Facta est fames valida. Fames ac-  
 cenditur, & appetitus sensu alio in iis, qui si-  
 lum sequuntur, inuinitur autem in resisten-  
 tibus.

**E**T postquam omnia consummasset, facta est  
 fames valida in regione illa; & ipse capiti  
 egere. Diuinitus turgent hæc verba facta-  
 mentis, quorum primum sit, quod subtiliter no-  
 tat noster Cardina. Caietanus, quod cum omnia  
 prodij vna cum canitro dissipasset, quæ sibi à  
 patre concessa contulerat: *Facta est fames valida*  
*in regione illa, & ipse capiti egere.* Ipsam ille om-  
 nino persensit, quæ fames? *Quam multipliciter*  
*caro mea.* Expendit D. Gregor. Dylenus secun-  
 dam plagam, quæ Deus obduratum conuertit,  
 Pharaonem, nimirum ranarum. (Prima namque  
 erat: aquarum in sanguinem conuersio) quam sic  
 Moyses describit: *Ebullit fluuus ranas.* Ad huc  
 tie Di August. ex alia lectione: *Arribat fluuus*  
*ranas.* O quæ ab abundantia ranarum, quæ vbi-  
 ber coarant, talis peccator cerebri sui pertuax  
 inllat, ex fluuio carnis & concupiscentiæ, quot  
 ranæ prodeunt, quæ mentis perturbant silenti-  
 bus, in corpore, in imaginatione: *Sordida luxu-*  
*riosaque vita, ex corruptio factioque lano passio*  
*profecta, dubium quoddam animal est, aquaticum*  
*scilicet, atque terrestre, sicut ranis animal dubium*  
 omnino repletur, & vbi libet omnibus tris po-  
 tentiis ranæ volatiles peritrepunt: Idem decle-  
 rat D. Gregor. de mulcis terra plaga: *Eccc ego*  
*mittam in te omne genus muscarum, & imple-*  
*buntur domus Egyptiorum muscis diuersi generis,*  
*& vniuersa terra in qua fuerint. Faciamque in-*  
*rabilem in die illa terram Gessen, in qua populus*  
*meus est, vt non sint ibi musca, & scies, quoniam*  
*ego Dominus.* Non exigi laboris est declarare,  
 quæ nam fuerint illæ muscæ. Sepruaginta le-  
 gunt. *Muscæ caninam, quam opinantur esse Can-*  
*omyiam quos reprehendit D. Hieronym. Can-*  
*na dicitur quod mordet sicut canis.* Chaldaeus pro-  
 prius accedit Hebræo textui: *Eccc immittam in te*  
*mixturam bestiarum.* Pagninus: *Omne genus*  
*variarum.* His consentit Iosephus, fuisse bestias  
 varias & mixti generis. Attamen optimè legit,  
 D. Hieronym. *Turbam muscarum variarum.* O  
 quot genera mulcarum: *Canina, equina, leonina,*  
*communis, nigra, aurea, flaua, &c.* Heu quis eru-  
 ciatus: *Quid in hac vita laboriosius, quærit D.*  
 Gregorius quam terrenis desideris astuare, aut  
 quid

Gen.  
 48. 23.  
 1. Par.  
 6. 5. 1.

quid hic quaeritur, quam huius seculi nihil appetere. Hinc est quod Israeliticus populus custodia Sabbati accipit in munere. Aegyptus è contra muscarum multa est percussio. Populus namque qui Deum sequitur, accipit Sabbatum, id est requiem mentis, ut nullo in hac vita desideriorum carnalium appetitu fatigetur. Aegyptus vero, qui huiusmodi speciem tenet, muscus percutitur. Musca enim nimis insolens, et inquietum animal, est in qua quid aliud, quam insulentes affectus desideriorum carnalium designantur? Aegyptus ergo muscus percutitur, quia eorum corda, qui terrenam vitam diligunt, dum desideriorum suorum inquietudinibus feruunt, ut superius dicitur desideriorum carnalium ad ima depressa sunt, et ad quietis interna desiderium non tenentur. O quae musca de corruptione producta! Corrupta est terra ab huiusmodi muscu. Sciendum inquit Lyom. Propter multitudinem muscarum reformata.

virtutumque virtibus solidari. His si destituaris, quae te fames affliget? quis ignis accendetur? Equo petulanti, & effreni si chammum iniecias, & tunc manus pedesque constringas, si stricto maxillas freno compresseris, quam modestus conquiescit? Insurgere conatur, & impetum facere; verum non permittitur. Chamos amoue, laxa frenum; vincula dissolue, videbis, quam petulcus, immotigerus, sternax, quos saltus, quas corporis edet elationes, quam praiceps ad cursum properabit? O equum effrenem naturam nostram! semper haec spiritus refractaria, quot ipsium motibus conatur excutere. *Maus. Gale. 5. festsunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria &c.* Frenum Dominae gratiae chamoque virtutum constringitur, atamen si frenum laxaueris nihil nisi motus appetitus, saltus senties à iusto discordes, equus euadet calcitro refractarius; qualem saepe depingit Apostolus.

Hinc probat D. Chrysostom. saecularium inceptiam, qui sibi persuadent, Religiosos, piofque Ecclesiasticos emori fame voluptatum, deliciarumque inedia contorqueri, ac concupiscentiae flammis aestuare: credit alter male sanus Religiosum non vii carnis delicijs, quia illas adipisci non valeat, & de hoc multas effudit inceptias, nugaeque commentantur stolidissimas. O Meli ide stultiore. Quid tibi persuades apud illos famem inueniri? Apud illos flammam concupiscentiae succendi voracissimas? Non illis ipsi, sed vos ardentioribus deliciarum flammis inardescitis. Sanctissimi adolescentes fornaci iniectione Babylonice, nec ignis ardore combusti, nec flammaram aestu contacti seruabantur illesi: rore quippe caelesti flammaram ardor temperabatur, ut illum minime sentirent, Babylonios autem atque Chaldaeos rore illo non infusus ignis flammam consumpsit.

Nec huic absumile, quod Moyses refert de 38 Aegyptijs. Erit clamor magnus in vniuersa terra Aegypti. Apud omnes autem filios Israel non mutiet canis. q. d. Interprete D. Augustino. quiete pacatissima laetabantur Israelitae ipsi vero Aegyptij vehementissime torquebantur clamoribus, latratibus, moribusque canum aliorumque animalium domesticorum. Quam mentis quietudine D. Paulus potiebatur, diuinam securus gratiam, carnemque suam mortificando: quam in seipso pacatus vinebat ille Seraphim terrestris, D. Franciscum intelligo, rore caelesti perfusus, ut cum nec sensualis turbaret appetitus, nec honoris

Superius diximus, regionem longinquam à Fames ex Deo, statum esse peccati, hanc miser ingressus, à Deo secedens, iteo substantiam suam diuinam gratiam omnium animae bonorum fundamentum delapidat: opes, virtutes infusas, dona Spiritus S. & licet fides, spesque supersint, adeo tamen sunt exhausta, ac infirmæ, ut mortuae esse videantur, ut Apostolus ait & declarant Theologi. Facultatibus his male perditis, rabiosa oritur fames, quam eleganti calamo describit D. Augustinus. suam deplorans phrecesim, dum in inuentus flore, à Dei discessit, edibus male vagus: *Deflexi abs te ego, & erravi Deus meus, nimis domus à stabilitate tua in adolescentia, & factus sum mihi regio egestatis.* Ratio est, inquit Caes. an. quia nostra corrupta natura ex te canina fame misera torquetur, illicitis desiderijs, concupiscentijs, & mille motibus inordinatis, quæ omnia genitæ dicuntur fames hominis. Fornax est, quæ concupiscentiae flammis aetuat, quæ voracissimos atollit ignes, quibus incendimur & deuoramur. Quod D. Ioannes de mundo loquitur maiori, hoc de minori, scilicet homine dicamus: *Omne quod est in mundo aut est concupiscentia, &c.* En qualis homo describitur, cumulus famis deliciarum, voluptatum, illicitorum appetituum, &c. Fames hæc diuina temperatur gratiâ, ignis hic ardor donis Spiritus S. refregescit: quæ ut frenata, nostram cohibent concupiscentiam, ignemque qui nos adurit moderantur.

Ex ipsi Sanctis summo exemplum, quam stricta lege suas refronent passiones, inordinatos supprimant appetitus Spiritus S. gratiâ, *Hieron. Bap. de Lanua Tom. II.*

IV. Probatur SS. exemplis.

38



honoris ambitio titillaret. Quia interna pace gaudens D. Dominicus Spiritus S. gratia, & tribus quotidianis corporis castigationibus, quibus concupiscentia carnisque refrœnabat supercilium.

V. Quid sit pax inter-

na:

Rom. 34. 15.

1. Ion. 6. 37.

Isa. 32. 37.

Philip. 4. 7.

1. Cor. 1. 12.

Matt. 11. 9.

VI. Mun-

danorū

fames.

Hæc est illa pax, illa inquam mentis quietudo, quam D. Paulus recenset inter illa tria, in quibus felicitas regni cœlestis in terra consistere perhibetur, cuius iam gaudia Sancti in hac vita prælibant: Regnum Dei non est esca & potus, sed iustitia, & gaudium & pax in Spiritu S. Non speres gaudium, quietem, internam pacem regni cœlestis in terra, in delicijs, voluptatibus, sed in iustitia, gaudio, & pace Spiritus S. Nomine vero iustitia, sanctitatem, virtutumque significat exercitium, quo quis iustus vocari mereatur; de quo sic D. Ioannes: Qui facit iustitiam iustus est. Huic duo sublequentur effectus: pax & gaudium quibus iusti in hac vita beatitudinis cœlestis primitijs perfruuntur. Effectus iustitia, virtutumque primus est pax, ex qua gaudium nascitur ineffabile, quod Deus & signat, & promittit per Isaiam: Et erit opus iustitiae pax, & cultus iustitiae silentium. O quale silentium, qualem sentit iustus quietudinem, quando ruminans secreta conscientiae, quantum intelligit, suis se gaudet satisfecisse Dei obligationibus, & in ordine ad proximum, nihil reperit, quod perturbet conturbetque conscientiam. Hæc est illa pax de qua sic idem Apostolus: Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum. Nihil in his terrenis videt, cui pacem comparet internam. res est planè cœlestis, & beatorum gaudij participatio inexcussibilis: sic ea potius testatur: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiae nostrae. Hinc altissimum oritur silentium, carnis passionum imperturbata requies, quæ nec latent, nec poscunt, nec cordis excitent somnum, intempestivis suis vocibus, ac precibus, quibus perturbent iustum, sicut hominem carnis deditum spurcitijs inquietant, molestiant, fame pereuntem. Hæc est illa Christi promisso mundo proclus incognita: Tollite iugum meum super vos &c. & invenietis requiem animabus vestris.

O mundum infelicem, quam perturbatos filios reddis prodigos, quam inquietos, quæ rabida fame, quæ nullam illis permittit requiem, deficientes. Illos intuetur Psalmista, nosque alloquitur videns illos, quales vivunt, inquieti, perturbati, quærentes quibus satientur, & suis satisfaciunt appetitibus; illis commiseremini, vagantur inerti, vix ignati, quæ

mentis o' tineant quietem, affectuumque pacem verissimam: Contritio & infelicitas in vobis, & viam pacis non cognoverunt. Cum ad terminum pervenerint itineris, fate quærentur saniori, nec mirum, cum verum ad internam pacem iter amiserint. Hæc est via, via virtutis, via mortificationis: Invenietis requiem animabus vestris. Perlegite (Amabo) quod de hac materia tractat P. Fr. Ludovicus Grando in Duce peccatorum, qui liber finem quam excidat de malibus, magno vobis erit ille solatio.

Ad rem expendit D. Basil. verba Sapientis: Non affliget Dominus fame animam iusti, nec permittet ut iustum fames affligat. Non est sermo, inquit ille, de fame corporali, cum eius nullam fecisset mentionem: Vixque enim dicitur de corporibus iustorum: sed animarum: Animum iusti: fames etenim anima concupiscentia est, bonorum appetitus ac desiderium: hoc autem opum desiderium Deus in cœlis attemperat suâ gratiâ, ut nullum torquentium rerum, desideriumque iustos affligat fame desiderium: Quid est luxuria, quærit Carl. Hugo Nijssensis in satiabilis voluptatum? quid superbia nisi inanis fames insatiabilis dignitatum? quid avaritia, nisi inanis fames insatiabilis facultatum? De his latius et copiosius alibi. Vbi ex D. Hieronymo alijque Patribus illa Dauidis verba declaravimus: In terra deserta & in via, & iniquosa, sic in Sancto Spiritu apparuit tibi.

Nec absurdam credo istam interpretationem, quæ ex hoc deduci posset argumento, Verborum quæ dixit D. Paulus, dum omnibus statuit suadet virginalem; hoc statuit deservient, tribuit inter virgines, & iunctos matrimonio: quod est illi suaviori potiantur in carne sua quiete, quæ cum Deo maiori quiete colloquatur. Alij vero: Tribulationem carnis habebunt huiusmodi, Cor. Opinat D. Hieronymus. hæc carnis tribulatione per Apostolum labores, pernaque signari quibus coniugati fatigantur, filios procreant, do, molestias eorum perferendo, lacrymas eorum suffluendo, morbis eorum compatiendo: Infantium vagitus, filiorum mortes, divortia, invidia, domus, & cetera huiusmodi. D. Hieronymus. Et ex illo sumpsit Div. Augustin. b. ceterique Patres: attamen & ego sentio, Paulum iurare, quod multo sentient acriorem carnis suæ, perulantiam ac motus inordinatos, quibus incessanter novam patitur famem: quemadmodum ignis tanto vehementior excrestat, quanto ligna adijciuntur plura, & quo plus hæc tolluntur.



collumitur, eò flammaram magis seruo temperatur.

39 Res est indubia, quam te docet experientia, carni nostræ ex illi concessis augeri desiderium minus vero ex illi denegatis. Quæro quis grauius torquetur ieiunio, quem seuius cruciat fames, num Religiosum ieiunij asuetum, vel te qui qua ter per diem edere consueuisti? Vter molestius serit somno excitari, mediò noctis surgere silentio, vigiliis agere, qui cutem tuam molli decumbens lecto nutrire solitus, qui ob semel auditas horas Matutinas ipsa Natalis Christi nocte mense plus integro fatigaris, vel Religiosus, ad nocturnas vigilias voro constrictus, maiori noctis parte choro conclusus, psalmodijs occupatus? Quod de illis fers iudicium, idem sit & de moribus carnis, quibus implendis assueuisti. Quanto benignius illis indulges, tanto magis fames accenditur, saniorque flamma renouatur. Aptæ sunt nostro proposito puti & pectoris similitudines, quas alia intentione ponderant D. Clem. Alexandrin. & D. Basil. Concupiscentiam tuam putem esse imaginem, ex quo plures quò educis aquas, eò crescit copiosiores: ipsa quippe educatione quasi ipsi acclamas a quis circumuicinis vt fluant. Concupiscentia tua vbera sunt mulieris, à quibus quò lactis copia surgit, à pueris vberio, eò crescit ipso attractu abundantior: proinde norunt omnes, vt illa deficiant, aptum non esse remedium puero lac dare, sed dandum apponere desiccantem. Mihi credito congruum non est sedandis carnis appetibus remedium, illis frenata laxare, curceta concedere, nam indubiè his feruentius exardescant. Apponit dancos exsiccatentes, corporis castigationes, asperissima ciliicia. Strictissima in pane & aqua ieiunia, tabulas durissimas: his etenim cito exsiccabuntur.

Hoc sibi medio praualebat D. Paulus: Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Hoc quoque nobis consulit Spiritus Saxonate Philosophico: corpus vestrum iumentum, & mancipium appellans recalcitrans. Attende fili, si placet iumentum illud tibi subiugare, cuiusque refronare petulantiam: alimentum prabe, ne moriatur, attamen edoma virgâ querciuâ, grauius onere: Cibaria, & virga, & onus asino. Quid namque boni sperandum de iumento indomito, dum oris equo, qui millies recalcitret, suumque excutiat sclorem, & refragum, ac recalcitrantem, excipis blandius, nec vel leui pressus onere, in dies o-

tiatur? Quanto plus concedis sabuli, tanto et adet durior & petulantior. Hoc idem fero de seruo maleuolo iudicium: cibum illi ministra, ne fame eneclus succumbat, à delicijs, & cupidjs tamen abstine: seruet scutica, audiatur disciplina, exerce laboribus: Fames & disciplina & opus seuo. Hoc enim modo exceptus gemet fatigatus, & si dormiendi vel horam indulleris, ila fatiabitur: pauisque mucidi fragmentum faccarum æstimabit: Operatur in disciplina, & querit requiescere. Si quando ob nimias delicias, & tempus otio traductum se tibi præter immorigerum, & traditiones morhatur, & illum nihilominus ferari concedas, laxes frenata libertati, quid sperandum, nisi vt eadem mensura & eius increfant insolentia? Lex manus illius, & querit libertatem. Quando durus illum excipis, fame affligis, fatigas laboribus, nihil præter vnus horæ cogitat refocillationem: at infatigatus, effrenus, otiosus, sibi relictus, quæ sunt, arbitrarjs, eius consilia, nisi qua ratione excusso iugo, libertate potatur.

Num hæc capis, sili mi, querit sapiens? Te igitur compello, qui huic imperas Dominus iumento corporis, caballum illum carnis effrenem ascendisti, mancipium illud concupiscentiæ moderans, quod præter libertatem, cuique ruinam, nihil cogitat, nihil intendit, molitur nihil. Noueris, quanto magis frenata laxaueris, tanto superius recalcitrat, & quò suauioribus demulces blanditijs, eò te calcibus impetet acroribus. Virga vigilet disciplina, ieiunium continetur, effrenem cohibe caballum, laboribus deprime, chamo poruientis maxillas constringe refractarij: hoc namque modo intra terminos continetur: Iugum & lorum, domant collum durum. Iugum graue, collo impositum obstipo, tauri etiam mundi totius durissimi pertinaciam confringit, & lorum strictissimum iumentum maxime ferox continet immotum, & flagrum asperum immorigerum seruum ad obedientie compellit seruitutem: Seruum inelinauit operationes assidue seruo maleuolo torura & compedes, mitte illum in operationem, ne vacet, multam enim malitiam docuit otiositas. In opore constitue eum, se enim condecet illum. Mandite sententia, O Diuini Magister, quam salutarem nobis præsentibus lectionem. Num exoptas, vt illa tua concupiscentia, ille fremitus sensualis conticeat? Vtere flagro, disciplina corpus aiterat, inedia consumat, radula ferrea contegatur. Hoc remedio viri

40 IX. Corpus vt seruu domandum.



virtutibus illustres rebellem sibi carnem subdu-  
 derunt. Illo D. Hylarion corpus suum domue-  
*In vita S. rat, & (teste D. Hieronym.) ad primum corpo-*  
*Hylarionis* ris motum inordinatum, ilico loco severus ad-  
 flabat, sic illud componebat & in rationis ordi-  
 nem redigebat, sic illi affatus: *Ego affell: facia,*  
*ut non calcetres, nec te hordeo alom, sed palcis fa-*  
*ma te conficiam. Et frigidus vnerabo pondere, per*  
*aitus indagabo Et frigora, ut cibum potius quam*  
*lasciviam cogites.* Hoc illorum erat frequens  
 D. HIR. monachorum exercitium; ex D. Hieron. qui vt  
 Ep. 22. ad carnis reprimere lasciviam, motusque deprava-  
 Eustochim. tos, varijs illam mortificationibus extenua-  
 Tom. 1. bant: cibum, radices herbasque apponebant in-  
 coctas, quas cum festiuis diebus comederent,  
 luxuriam arbitrabantur: *Coctum aliquid accepif-*  
*se, luxuria erat.*

X. Singularè censent omnes hoc fuisse benefi-  
 D. Tho cium D. Thomæ Aquinai à Deo concessum,  
 mas cum à matre frat ribusque castro captivus deti-  
 ab An neretur, qui quo iuvenis constantiam labefacta-  
 gelis rent, mulierculam intromittunt vt formæ ele-  
 cingu- gantia conspicuam, ita machinis ad Venerem  
 lo for- compositis impudentem. quæ vt propius ac-  
 tius cessit, adolefcentis animum ad lasciviam carnis  
 con- que molliem inflexura, cum fugæ nullum  
 stringi superesset remedium, arrepto de flammis tito-  
 tur in ne, scortum inuasit, in fugam compulsi, vt cali-  
 signi da calidis curarentur, & ignis ignem tempera-  
 calti- ret optimum huic virio remedium, aut fugere,  
 tatis aut fugare meretricem. Demum torus horrore  
 contremiscens, quasi qui terribilis euasisset peri-  
 cula serpentis, instat feruentis orationi, Deo  
 pro obtenta ab hoste sacissimo victoria gratias  
 reddit, & ad similia postulat prælia subsidium.  
 En duo de colorum vertice descendunt Ange-  
 li qui largo iuvenem cingulo ad renes adstrin-  
 gunt, dicentes. Ex parte Dei nos ab eo directi,  
 te cingulo constringimus castitatis, nunquam  
 dissoluendo, quo dicto tam stultè renes com-  
 presserunt, vt illi corpus eliserint, tantoque do-  
 re dolore affixerint, vt alius exclamaret. At-  
 tamen hoc cingulo caro compressa nullos de-  
 inceps motus excitant inordinatos, mansitque  
 Thomas toto vitæ curriculo carnis à petulan-  
 tia liber & quietus. Hoc quippe maxime, con-  
 gruum sedandis carnis lascivie remedium for-  
 tius corpus constringere, flagris affligere quo  
 doleat, ieiunijs, ac cilicis atterere quo conqui-  
 escat pro molli culcitra, duris proletere tabu-  
 lis, ne inflescat.

XI. Hoc namque modo totaliter sibi corpus sub-  
 Petrus egerat nesci temporis piissimus Religiosus

Frazer Petrus de Aleantara læpiss ore Sancti Alca-  
 sinæ matris Theresiæ commendatos qui similitudo  
 libus corpus suum enutriebat delicijs, crebris corp  
 nen pe flagellis ieiunijs, radula scilicet que tet  
 reo, frigore indurabat congelatum. Interdum  
 frigore, gelu ac nubibus Aquilone condensatis,  
 aperta noctibus cubiculi fenestrâ decubabat,  
 quod ad corporis mensuram constructum in-  
 colebat: cum, verò ferendæ aëris intemperie  
 succumberet nec ulterius, extra mortis pericu-  
 lum frigora sustineret, fenestram occludebat,  
 ac tum corpori: O caro mea (inquit) ne conque-  
 raris quod te blandè non excipiam, qui te fe-  
 nestra eripio quam claudio, ne frigore conge-  
 lata contabescas, & vt à labore conquiescas,  
 huic tabulæ subitua parumper dormi fa rigata.  
 Hæc optima praxis, famem sicut que sedandis  
 concupiscentiæ, vbi verò praxis illa viger, sicut  
 in Religionibus, ibi fames illa sentitur tempera-  
 ratio: quia verò tu contrariâ incedis via, deli-  
 derata ei quælibet indulgens, tanto in te cres-  
 cit fames acerbior, quanto satisfactis tuis beni-  
 gnior appetibus. Ne speraueris, illis fames non  
 extinguitur, nec concupiscentia satiatâ conquie-  
 scit, imo fortius reuulsit, vt bene Dominus la-  
 sciue locutus animæ: *Postquam formata es, nec*  
*se es satiatâ.*

Adit aliam Caietanus rationem ex D. Tho-  
 ma doctissimam: quod peccatum accendat con-  
 cupiscentiam. Num te credis, peracta subiti-  
 ne satiantium? Motu procul dubio torqueberis  
 peccatum, tantam in carne nostra prodeit fa-  
 mem, vt appetitus incendatur inuisus, &  
 concupiscentiæ flagret desiderijs non tolerandis:  
 illo namque iacturam passi sunt gratiæ,  
 virtutum, donorumque natura: quales  
 non motus in te tor peccata suscitabant con-  
 cupiscentiæ: continua ramque peccandi consue-  
 tudo necum bona dimittit, quæ virtutibus ac-  
 quisitis obtineras, sed habitus generat virtu-  
 tibus oppositos. Ad metam perducatur hoc ar-  
 gumentum D. Gregor. *Habet spiritus commissum D. Caro*  
*sibi dominium carnis, si tamen sub Deo recognos-*  
*ust iura legitima seruatur: nam si unitatem con-*  
*temnit, iure Et à sub eam carne pralium suscipit.*  
*Vnde Et ille primus inobediens, mox et peccant,*  
*pudenda contexit: quia enim spiritus contumeliam*  
*Deo intulit, mox contumeliam carnis inuenit, Et ius*  
*carnis subdita amittit, ut in seipso confusio redonda-*  
*ret, etc.* Quam hoc sole clarus in tot conspicimus  
 Prodigis, quot hac in vbe commoran-  
 tur, gratiâ Dei turpioris vitæ rationibus con-  
 sumpta,

sumpta, virtutibus exhaustis, dilapidatis partim: vita salutēque abbreviata. Attende num his satiati, num desideris satisfactum: quinimo granioribus stimulis agitantur, adeo miseri, ut sibi non temperent. eo omnis eorum vergat cogitatio, hæc p. imis exoptent votis, horum sit continua sollicitudo. Hinc secundo patet illa veritas tot. es à Christo repetita: sicut non extinguunt huius aquæ putei, sed acius incendunt: *Quæ bibenti ex aqua sitiet iterum.*

tem, de quibus in suis Collationibus Cassianus ut alibi diximus? Horum unum se feruam infelix, tradidit adolefens, dæmoni scilicet, qui ad libidinem excitat, peruersamque voluptatem.

Nota primo: quæ in iusto ordine Christus huius successum narret. Historiæ; primum cuncta dissipauit, nec relicto quoquam vel Medis, deinde seipsum propria voluntate liber, tradidit civi illi senissimo, in vile mancipium; quid boni sperandum, de illo qui ad tantam decidit omnium indigentiam, ut omnia quæ habebat ableguriret, nisi quod tali se subiceret domino factum.

II. Paupertas spiritualis.

§. 16. Adhæsit vni ciuuium. Dilapidans homo virtutes, se totum consecrat diabolo prout Dominus Iob affirmat.

Faciem precedet egestas, q. d. Iob. 41. 13. paupertas, rerumque inop. a præcursor est, qui disponit, & iter applanat, quo diabolus totus, animam ingrediatur, possideatque ut Dominus. Quæ paupertas? Forum, quæ illi pater benignissimus Deus concesserat; dona quæ sunt quæ animam reddunt fecundam, & ita vndequeque communiant, ut non possit, sed nec audeat ad illum intrare diabolus. Talem depingit Spiritus S. donis cælestibus munitam, adeo fortem & inuictam, ut de illa hoc commendat: *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* Bonis hæc proeclit, deficit virtus, fortitudo infirmatur, animus languescit, quo minus feroc resistat inimico. Testatur hoc de se David: *Infirmata est in paupertate virtus mea, & omnia ossa mea conturbata sunt.* O noxiā inopiam, hæc viam sternit, portam aperit, ingressum parat diabolo, cuius tollit impedimenta contraria, quæ obstaculum illi dabant.

Terribilis ut castrorum acies ordinata. Bonis hæc proeclit, deficit virtus, fortitudo infirmatur, animus languescit, quo minus feroc resistat inimico. Testatur hoc de se David: Infirmata est in paupertate virtus mea, & omnia ossa mea conturbata sunt.

Adest hominum insaufissimus, in peccatum incidit mortale in regionem longinquā à Deo, quæ est culpæ, peregrinus proficitur: non statim totus diabolo traditur: licet etenim Dei gratiam, virtute quæ perdat principales, aliquid tamen superest illi bonum: quod illud? euoluit rosarium, autit missam, interest concionibus, largitur elemosynam, suam parum perperendit calamitatem, libri p. i. sectioni intendit: non sunt consumpta omnia. Verum dum omnium patitur iacturam, horum omnium ita demidatur exercitus, ut nec rosarii pensum soluat quotidianum, nec solitas obeat stationes, nec ad trutinam vocet conscientiam, nec Dei, nec mortis recordetur cæterisque seignis valedicat exercitiis.

Insistendum est & explicandum id quod Evangelistæ dnm narrant qua Ioannes Baptista, B b b 3

41

I.

Cur Dia-

bolus di-

capit hic

Ep. 146.

ad Dauid.

D. Bern.

lib. 2. de

iniquis.

**A**dhæsit vni ciuuium regionis illius. Omnis decore, ilico illum cuncti deseruerunt: sunt enim, qui prodigo amictu habuerant, & passerem illum subiectum admittunt, non hoc alia fecerant intentione nisi ut illi plumas extraherent, ut eum implumen notarent, opibusque decidisse terga continuo vertunt, nec vltimum sibi reperit lateralem, nec portam quam ingrederetur apertam; quare hoc capit inops consilium, ut ciuium regionis illius seruis adhæret: *Adhæsit vni ciuuium regionis illius.* Nullum vacat verbum mystico. Graphice describit, (scribente D. Hieronymo,) diabolum, eum regionis peccati ciuem agnominans: ipse quippe in ea moratur velut in ciuitate sibi propria, estque sicut proprius eius Dominus, per obstinationem suam, & nunquam illa egredietur. Homo, quamdiu hic viuut, in regione culpæ moratur ut peregrinus: non enim ille talis homini status est proprius: cum semper habeat mentem & cogitationem, ilam deserendi, ac ab ea discedendi, proinde proprie de prodigo Christus loquitur: *Peregre profectus est, in longe à Deo disita regione peregrinabatur.* Ciuem regionis illius non alium, quam unum ex malignis spiritibus intelligendum puto (ait D. Bernard.) *Quis pro eo quod obstinatione irreparabili peccati, & transierunt in affectum malitia, & nequicia iam non sunt hospites, & aduene, sed quasi ciues, & inhabitatores peccati.* Adhæsit igitur adolefens vni ciuuium regionis illius. Est autem regio illa multus abundans domus, hoc est, diuersis peccatorum generibus, in plures, sunt eiusdem ciues regionis, id est, diaboli, qui singularibus deputantur officiis, ut ad diuersa tentent peccata; quidam ad auariciam, alij ad acediam, ad iram alij, ad gulam alij, alij ad iram, alij ad loquacita-

adulterum Herodem reprehensione corripuerit, ob susceptam in pellicem fratris sui Philip-  
 pi uentis uxorem, eorum duo tanummodo  
 dicunt, quod: *Ioannes dicebat Herodi: non licet tibi habere uxorem fratris tui.* D. vero Lucas ait:  
*Herodes cum corripere:ur à Ioanne de Morodiade, & de omnibus malis, &c.* Omnia tamen coinci-  
 dunt: quod enim illi ut re mundo notissima o-  
 mitterent, hoc D. Luc. refert explicitè: uia cum  
 quispiã adulteris inquinatur uitoque libidinis  
 confurcat, Rex licet sit, noueris illum pone  
 consequi: *Omnia mala, furta, latrocinia, oppres-  
 siones, scandala &c.* Et hoc de luxuriosis pepo-  
 nibus explicat Apostolus: *Qui desperates semetip-  
 sos tradiderunt impudicitia in operationem im-  
 munditia omnis in auaritia.* Quali saluti celo-  
 que dissidentes, præcipites semetipsos tradide-  
 runt impudicitia. Miles despondens animo,  
 qui nec ab hastis dimerit uulcù, nec glandes ex-  
 horret, nec vitã estimat, cum de illa iam plane  
 diffidat; omnem paratus expectat euentum.  
 Addit, quod: *Tradiderunt se impudicitia, uelut  
 seruos Domini: illa qui pe illos dirigit, præci-  
 pit, statuit, omneque eorum disponit adione:*  
 quidquid illa uoluerit, & faciunt & operibus  
 exequuntur: *In auaritia: ut declaret, sicut  
 aurio quò plus sunt potes plus stantur aquæ,  
 ita libidinosus quò magis luxu desinit, eo pro-  
 pensior in mollitiem, prodigamque uenietem in-  
 temperantior.* Tum demum pleno Satanã in-  
 ulum ingreditur dominus similis illis; de qui-  
 bus Apostolus: *Semetipsos tradiderunt impudicitia  
 in operationem immunditia omnis: Nec Dei me-  
 mor, nec cæli, hinc totus intenus, ut obsequatur  
 diabolo, uelut seruus paratissimus.* Ad ipsius uolun-  
 tatem, ut cunctis Satanã præceptis uelox obedi-  
 at, proinde quotidianum eius est exercitium  
 edere, bibere, dormire, voluptatibus indulgere,  
 vitam degere muliebrem; fræna laxare nequi-  
 tatis, modum nescire temperantia: hoc nauque  
 est, illos destinasse ut suarum jactant porcos vo-  
 luptatum.  
 His optime quadrat quod de filiis Israel tra-  
 ditat D. Bernard. in hæc uerba: *Fames cogit Israel  
 intrare in Ægyptum, statim reperit ibi nouum Do-  
 minum, & de libero seruus efficitur.* &c. *fames  
 non panis, sed audienda uerbum Dei compellit  
 multos intrare Ægyptum, id est, tenebras, inuolu-  
 tur enim tenebris ignorantia, & subiacet domatio  
 Pharaonis, id est diaboli, qui est princeps tenebrarum  
 &c. sub iugo Pharaonis sunt luxa opera, id est des-  
 saluta & sordida. Deest doctrina panis, concio-  
 nes omittunt audientis, opera pietatis, co: sel-*

stones, exercitia deuotionis, & sensim lux illis  
 obtenebratur, tenebris inuoluuntur, nec cœci  
 pendunt quid rerum agant, quid moliantur,  
 qua via progrediantur, eo tandem deueniunt ut  
 iugo subdantur Pharaonis dæmonis ferui, eius  
 tentationibus obsecuti motibus annuentes, ope-  
 ribus sordidis solutisque destinati. O te miserum,  
 cum patris optimi nunc domo discesseris, ne to-  
 tam malis artibus substantiam dissipis, ne con-  
 ciones intermittas, nec missa sacrificia negli-  
 gas: uitam tuam deplorandam non negligas ex-  
 aminare; considera uiam quam incedis præpo-  
 steram, & Dei mandatis oppositam, ne ad illum  
 deuoluaris statum, ut tam crudeli te submittas  
 Domino mancipium.  
 Aliud quoque profundissimum Dominus uo-  
 luit indicare mysterium notatum à D. Gregor. a Lib.  
 a. & post eum à D. Bernard. & Luxuria peccatum  
 esse singulare, per quod diabolus ingreditur, & b. Lib.  
 animæ se Dominum constituit. Expendit D. modo  
 Thom. c. satis conformiter D. Gregor. deo esse  
 peccata à per quæ particulariter Diabolus huma-  
 na accipit animæ potestatem. Primum in uide: Ser-  
 litatis, per hoc capit diabolus principalis partis  
 possessionem, nempe intellectus, suæque illum  
 totaliter subiecit feruituti. Testatur hoc Apollo-  
 lus: *Deus sæculi excauit mentes infidelium, ut Per  
 non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloria Christi  
 fci.* Sic omnes sibi subiecit idololatrias hæreticos: diabolus  
 que possidet, in tantum ut omnis priscis illis hæ-  
 reat, legamus præcipuos nostri sæculi hære-  
 tarchas, præforatos occisosque à diabolo in cui-  
 dentissimum signum, quòd eorum perfectum  
 cepisset debitum sibi iure dominium. Ita motus  
 legitur Oecolampadius, Carolostadius, imo  
 & ipse Luthers uide M. Fr. Thom. Malu. Lib. 10.  
 Secundum peccatum est luxuria, cui singu-  
 lariter hoc attribuitur, quòd exæcet intellectus, cap. 10.  
 ut si perus egimus. Hinc exponit D. Gregor. L. 10.  
 uerba Domini ad Iob de diabolo sub figura ele-  
 phantis: *Sub umbra dormit in secreto calami in Ca-  
 locis humenibus.* Occasionem habet quam ma-  
 ximam diabolus totum occupandi hominem in Lib.  
 luxuriam procliuem ex eo quod Deus, qui spi-  
 ritus prædicatur purissimus, à tali singulariter se ex-  
 quam longissime subtrahat: illo namque tempo-  
 re, quò imtemperata homines libidine luxuque  
 exardecebant, in tantum ut dicere uerum fue-  
 rit: *Omnis caro corripuerat uiam suam.* Dominus Gen. 6.  
 Noe dixit: *Non permanebit spiritus meus in homi-  
 ne in æternum: quia caro est.* Multæ sunt hæc uer-  
 ba difficultatis quibus inuuit Dominus illos  
 non esse de quibus loquebatur, ut in illis suis  
 requel.

Luc. 3. 19.

III. Omnia mala ex libidine. Ephes. 4. 19.

2. Tim. 1.

D. Be. Ser. 34. In par.

requisieret spiritus : Quia caro sunt. Creavit  
 Deus hominem, sibi locum quietis acceptissimū:  
 proinde : *Inspiravit in faciem eius spiraculum vi-*  
*tae.* Sicut autem qui respicit quietem, ita Deus  
 hominem creando dicitur de illo: quod *Requie-*  
*vit die septimo, ab universo opere quod paravit.*  
 Idcirco creatus est homo Deo in quietem. Illi  
 vero de quibus hic sermo, congrua non sunt Deo  
 loca quietendi: *Quia caro sunt.* D. Chrysol. sic  
 Gen. 6. *hæc verba declarat: Inde vivunt sine ratione, ac se-*  
*cula sola carnis consistunt.*  
 Nec hoc te lateat illos esse, de quibus dixe-  
 rat: *Videntes filij Dei filias hominum.* D. August. a.  
 Rupertus b. Theodoret. c. Cassia. d. D. Cyrill. e. &  
 Suidas verbo Seth; docent filias fuisse Seth, quæ  
 ut Deum ob vitæ sanctitatem, & virtutem  
 litterarum, scientiarumque celestium coluerunt:  
 I. I. ut ad inertiam voluptatisque corporis pel-  
 luntur, meia caro fuerunt, omnis rationis, cog-  
 nitionis & scientiarum expertes: f. *Animalis*  
*homo non percipit ea, quæ Dei sunt:* inquit Apo-  
 st. *solus, quia verò Deum non agnouerunt velut*  
*animata censentur omni privata cogitatione:*  
*Animales spiritum non habentes.* In illis non  
 permanet Dei Spiritus, qui est: *Spiritus sapien-*  
*tiæ, & intellectus, consilij &c.* Quam procul illi  
 ab omni distat scientia, consilio, prudentia, pietate,  
 timore Domini, intellectu: Hoc de lubrico ca-  
 piamus amore, quod David cecidit: *Supercecidit*  
*ignis, & non viderunt sol. m.* Ignis libidinis, hoc  
 enim nomine in sacra pagina dedecoratur: *Ignis*  
*est omnia eradicans gemina.* Quinimo luce  
 meridiana, quod ipsa luce clarus meat, cæci  
 non vident hi, super quos ignis ille cecidit li-  
 bidinis.

**§. 17. Specialiter ob vitium libidinis, quosdam possidet diabolus, ut patet in quibusdam ca- fibus.**

**C**irca historiam illam seu miraculū, quod enarrant Evangelistæ de demoniaco à daemone legione possesso: qui dum eis Dominus excelsū præcipit, ut se de regione illa propelli auderēt, graviter insisterunt, ut in porcos illi daretur licentia, qui ad duo millia pascabantur, quibus hoc Christus indulsit. D. Aug. & D. Pet. Chrysol. duo aduertunt. Primum: cur daemones facultatem petierint introeundi in porcos animalia sordida, fætida: cum enim sint hinc superbißimi, ratio suadebat, ut subiecta postularent emissa iora. Secundum: cur illis, hoc

Christus permisit: cum prius diabolo postula- ta cuncta denegasset, scilicet, ut lapides in panes transubstantiaret, de pinnaculo templi se præcipitem daret, &c.

Primo respondent, vnumquodque appetere sibi simile. Est autem diabolus, spiritus immundus, grauelens, sordidus: sic enim Deus nominat dicitur ore Zacharia: *Auferam spiritum immundum de immunda terra.* Christus item diabolo præcipiens homi- nis corpus possidenti, sic eum compellat: *Im- munde spiritus exi ab eo.* & alio loco: *Cum immunde spiritus exierit ab homine.* Sordes igitur appetit & immunditiã: *Vide ubi Satanas sedem desi- derat collocare* (notat D. Pet. Chrysol.) *Habitacula sordida, & immunda perquirit, sordibus delectatur.* Sordes & immunditiã in peccato libidinis plenissimè dominantur, quod communi vocabulo D. Paulus immunditiã appellat. Vbi tales igitur inveniuntur locus ille est quietis, quem appetit quo delectatur quiescitque diabolus: *Dimisit daemones ire in porcos,* inquit D. August. *Ut ostenderet diabolum in eis dominari, qui vitam porcorum gerunt.* Secundo respondent, Christum veniam concessisse daemones, ut in porcis dominarentur, quo significaret daemones facultate prædictæ participari, ut immundos, carnales, libidinofolique possideant, & similis simili conueniat, immundus immundo, sordido sordidus.

Quinimo & hoc David indicavit, dum decla- rat quàm strictè à daemone possideretur eo tem- pore quo adulterio cū Bethsabee sordidus per- fenerat, agnque Deo gratias, quod eum à tam dura savißimi hostis seruitute liberasset: *Eruißi animam meam ex inferno inferiori.* Apud Hebræos verò *Seol*, sapis infernum significat damnatorum: *Dilatauit infernus animam suam,* inquit Isa. dum de inferno loquitur, ubi damnati sempiternum cruciantur. Similiter in Deuteronomio de eodè locutus Moyses, ait: *Ardebit usque ad infernum nonissima.* Nec multum à vero aberra- uerit ille, qui molles illos & euratos inter cõdumatos annuerat: peccatum enim luxuria tum difficilis est emendationis, ut quandã cum obliuione damnatorum similitudinem habere videatur. Nusquam tanto suos possidet diabolus dominio, atque in inferno: nullus enim se eius potest erueri seruituti, nec animã eius facibus liberare, ne in æternum ab illo torqueatur. Hanc igitur sortem suam finistram perpendens David, adulterio Bethsabee conquinatus, cū per illud animã suã efferet à diabolo perfecto iure possideri, eo modo quo is possidet in inferno eundem

I.

Diabolus  
 Marc. 5.8  
 Matt. ca.  
 12.43  
 D. Aug.

II.

Quis  
 sit in-  
 fernus  
 infe-  
 rior.  
 Pf. 85.  
 13.  
 Isai. 5.  
 24  
 Deut.  
 32.22.

condemnatos, ob difficultatem non vulgarem, quia se ne resurgeret præpediri sentietat, Deo laudes ob tantum receptum beneficium, cecidit, quod animam suam dæmonis erexit domino: *Eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Ex inferno, non quod ad æternos damnatus esset cruciatus: sed quia diabolus eum sibi iam subiugauerat iure adulterij, quo pressus domino, se ex parte sortem illam damnatorum pati cognoſcebat: quia peccato libidinis diabolus iure possidet homines strictiori. Subiungam & D. Paulum, qui valde sapienter hominem effeminatum & adulterum, diaboli tradidit potestati.

*L. de dimi temp. c. 6.*  
III. Diabolus in libidinosos habet potestatem, ut variis partet exemplis.

Memoratu dignissimas de hoc legimus historias, D. Prosper Episcopus Aquitanæ D. Augustini tempellate auctor celebratissimus, refert lo Carthagine vidisse puellam genere Arabem, habitu religioso indutam: hæc die quadam imaginem offendit Veneris satis inhonestam, qua viâ cogitationibus turbatur illicitis, nec mitens, tales quippe, nulla etiam oblata occasione mentem inquietant, quanto magis illis obiectis ad venerem incentiuis, quocirca flammis omnes iudico esse concremandas. His illa consentit, ac turpioribus volens delectatur imaginationibus; quo *Domicilium se diabolo præstitit*, inquit Auctor: nec mora, subintrat diabolus; occupat & corpus & animam, ut sibi debitam: quam miro quodam modo diuiniis aluit, quem idem commemorat Auctor, & nos alibi narrauimus.

*L. 1. Dial. cap. 9.*  
II. Hoc excedit quod D. narrat Gregorius contigisse in Tolcania, mulieri nobiliori iunctæque matrimonio. Inuitata fuerat, ut postmodum dedicationi interesset Ecclesiæ D. Sebastiano Martyri inuidiosissimo consecrata; ut in illam præfati martyris reliquiæ debito honore collocarentur. Eadem nocte sensuali commota appetitu, voluit ut eam maritus agnosceret. Sequenti verò luce, ad prædictam reuinit venire Ecclesiã: se namque minus dispositam ob præhabitam copulam esse iudicabat. At pudore perterrita hominumque oblocutiones extimescens, comite socru conuenit ad Ecclesiã: *Mox ut reliquiæ beati Sebastiani martyris oratorium ingressæ sunt, eam malignus spiritus arripuit, & eorum omni populo vexare cepit, &c.* Casu adeo deplorando, ut vno ingresso confestim integra legio eam inuaderet, id est sex millia sexcenti, sexaginta sex. Mirabile dictu: cum eum ex se sit actus ille licitus, cum proprium agnosceret maritum: tali tamen Domino tradebatur crucianda; quod fortè ob mox dicendas conti-

*D. GREG.*

git rationes. Sed quid dicendum de peccata adulterij stupri, sacrilegij? Talia quænt subiecta diabolus, & his delectatur, sordidus habitaculis, sicut ex opposito nullis suauis cohabitant aut delectantur Angeli, quam purissimis virginitatibus, vide & ipsa virginitas: *Socia dicitur Angelorum.* Estque familiare hoc D. Hiero. & D. Augustinæ. *oma: In carne prater carnem vivere, Angelicam est.* Et vix aliquid notu, quod præter mentis corporisque puritatem, magis dæmones exhortescant.

Factum narrat obstupendum Cassian quem librum ut spirituales referunt documentis S. P. N. Dominicus secum conferte conſueerat. Dæmoniacum adduxerunt Abbati Ioanni viro vtiq; virtutum insignis clarissimo: qui quantumlibet dæmonem eijete conaretur, frustra tamen desudabat. Eo superuenit eadem hora æcularis operarius vxoratus de opere domum regrediens, & ecce continuo ad eius præsentiam multo fremens vlulatu excellit diabolus, exclamans: *Ultra hic non possum demorari.* Non minimum miratur Abbas, & seortum deductum à turba agricolam interrogat: de vitæ moribus, de pietatis exercitiis. Reuinit vir humilis pietatis aperire secretum, hoc autem tantum aliterens, se ingratum Deo peccatorem. Verget Abbas Ioannes non rem defera veritati: simpliciter igitur respondit hoc sibi in more positum, priusquam ad opus pergeret matutinum, Ecclesiã adire, Deique postulare subhãm, quo cor fortatus illo de in peccatum minime laboretur: labore verò diuino absoluto, repetere Ecclesiã, & de commissis rogare remissionem decimas & primitias fideliter soluere, prudenter aduigilare, ne cui molestiam adferret aut verbo contristaret, si quando per alienos agros grateretur bonum ori fidei illam appendebat. *His auditis Abbas pius & prudens licet illa in viro operario multa esse iudicaret, tanto tamen effectu censebat esse minora & miraculo inferiora.* Denno inflat vehementius Abbas, vitæ suæ referat verax actones. Tum demum omnem confessus est veritatem; fateor iunctus sum ex parentum obedientia matrimonio, verum tamen virgo: quia voto me castitatis obstrinxi, vnde cum vxore, velut cum sorore tractam seruo virginitatem, iam annis vndecim impollutus. Modo, respicit Abbas miraculi non miror effectum: nihil etenim sic horret diabolus ac corporis mentisque virginitatem, sicut nec illi maiorem dat potestatem, nec locum aperit ampliozem, ut hominem arripiat, quam car-

his spurcitia, fordidaque luxuria.

Præfatas ut præclaras appiolo historias, at nulla materia nostræ congruentior, quam ea, quam proponit Spiritus S. de iuvene Tobia. Hunc Raphael Angelus via perpetuus comes sed larvatus ad coniugium cum Sara virgine ut nobilissima, ita pudicissima adhortatur quæ septem prius viris data fuerat in vxorem, atamen cum nullo illorum consummatum scimus esse matrimonium. mox enim ut ad illam accedebant, illos omnes successivè diabolus prælocavit: quare Angelo Tobias: *Audis quia tradita est septem viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia demonum decitit illos. quomodo ergo illam ego in vxorem ducam? Tuam Angelus Tobias vilissimam prælegit admonitionem, & in illo omnibus, nec incongruum foret illam perpetuâ servare memoria, cum & ipse Angelus attentionem lectioni postularit: *Audi me. Et ostendam tibi, qui sunt, quibus transire possit: demonium. Hi namque qui coniugium ita suscipiunt, ut Deum à se, & à sua mente excludant, & sua ita vincunt libidini, sicut equus & mulus, quibus non intellectus, habet demonium potestatem super eos. Bone Deus, ex se matrimonium sanctum, Dei institutione consecratum. Honorabile coniugium. Actus matrimonij sine peccato licitus: *Thorax immaculatus*, asserit Apostolus; quod cum ita sit, qui tamen eo suscipiunt animo matrimonium, ut suis solummodo vacem delicijs: *Habet demonium potestatem super eos.* Quid non eis timendum, qui stupris, adulterijs, scortationibus, incestibus, alijsque incessanter vacant voluptatibus à Deo prohibitis, sicut equus & mulus insipienter? Attende, precor, exequande, cœcutiens: *Sicut equus & mulus in ades proptians impudice, ne te malus arripit diabolus; cui te servum venundas, cave ne subito te suffocet, perdatque luxuriosum.* Tu verò, cuius hæc præmia sunt desideria, tuis cum amasia vacante delicijs, quinimo & honorem puella deprædanti in tantamque matrimonio, dedecorare tibi prospice, diabolus adfert, verere ne te in insulas abripiat; ut illi Syn phronio Romæ præfecti filio contigisse probe novimus: hic etenim suis attractus voluptatibus, purissimam aggredi non est veritas Agnetem virginem (referente D. Amb.) quem diabolus oppressit inopinatum: accedent potio patri, & ob illij necem graviter apud castissimam virginem expositulanti, respondit: *Non ego filium tuum occidi: ille, cuius voluntatem perficere volebas, in eum potestatem accepit.* Cave mortalium stultissime, tuæ sectator impurissima libidinis, ne totum te rapiat Satan, disperdat, au-**

mam detradat inferno, corpus autem eyciat veribus alimentum.

§. 18. Adhæsit. Adeo firmiter adhæret diabolo luxuriosus, ut nec flagris eum domo sua eliminet; quo diabolus intumescit.

**A**liud quoque subintelligit Christus hoc verbo (*Adhæsi illi*) mysterium. O infamem, qui patri benignissimo terga vertis, domum deseris rebus omnibus instructissimam, illustrissimam societatem, mentem opulentissimam, sic ut te nec lacrymæ, nec preces, nec promissa teneant vel pateria, nec honoris gradus quod domi gloriabaris, nec amoris blandimenta, cohibeant petulantem: ipse tibi domum eligas tyranni, quo nullus ferocior, inhumanior nullus, Schyza barbarus, cui adhæcisti, ut sis illi servus perpetuus, licet te ad vilissimum omnium eijerit officium, ut subulcus deleratis; tam constanti verò mente adhæret illi marcipium; ut nulla possit ab eo diuelli ratione, nec verberibus, nec ignominijs, nec ciborum subtrahione, ad reditum compelli fatigatus. Quam bellè nostrates exprimit discolors.

Mum videbis, quam stringat hoc vitio fortiter diabolus, opibus exhaustis, sanitate consumpta, crancis putrescentibus, corrosa gutture: oris graveolentia putidam, in honorum exauctoratum: & tanta licet eum diabolus immanitate contondat, ita tamen constanti eius in obsequio perseverat, ut non sit qui abigat laborum, verberumque tediosum: *Adhæsit uni cuium.* De hoc inter cætera sibi diabolus applaudit, superbusque gloriatur, ut se Deo comparem esse grauletur, de attenta nempe fidelitate, qua illi serviunt miseri peccatores, quæ imitetur eorum fidelitatem, quos Deus inter sibi fidelissimos reputat servos, eosque constantissimos. De hoc maxime Deus in servis suis gloriatur, quod in eius verba iurent, illi tam pertinaciter adhæreant, ut nihil sit quod illos à suo valeat amovere famulatu. Sanctorum ad Dei accessus obsequium eodem declaratur verbo: *Adhæsit. Mibi adhære Deo bonum est: fatebatur Psal. 73.* Psalmista. Deus autem ut Patriarcharum constantem declararet in suo famulatu voluntatem, de illis hoc testatur: *Adhæserunt mihi*, pro ut ipse per Hieremiam explanat suballegoria lumbaris, quod hominis aharet corpori fortis constructi: *Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri &c. De*

41-23

I. Adhæret diabolo libidinosus.

Psalmista. Deus autem ut Patriarcharum constantem declararet in suo famulatu voluntatem,

Hieron. Sopi. de Lumbis, Tom. II.

C c c Sanctes



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

*Hierem. cap. 13. 11. Psal. 24. 25.*  
